agros dispersi sunt. Alexandra vero in damasco cōmisso exercitu quoniam ptolomæus sine intermissione ciuitatē præmebat illā quidē nulla re memorabili gesta suscepit. Regē autē armeniorū Tygranem qui admoto Ptolomæidi milite cleopatrá circūfēdebat pactiōibus donisq; sollicitabat. Sed illū domesticarū turbā uetus ingressō in armeniam Lucullo iā dudum inde traxerat. Inter hæc Alexandra morbo laborante/minor eius filius aristobulus cum seruis suis quos multos habebat/omnesq; ætatis feruore fidiſſimos uniuersa castella obrinnit/ & pecūnia quā ibi reperit cōiunctis auxiliis regē se declarauit. Ob hoc miserata quærelas Hyrcani mater coniugē aristobuli cū filiis includit apud castellum quod a septentrione fano adiacens Baris antea uocabatur ut diximus postea uero antonia cognominata est impetrante antonio quemadmodū augusti & agrippæ noie Sebaſte & agrippas aliz ciuitates appellatz sunt. Ante tamē alexandra moritur/ quā in aristobulū fratris eius Hyrcani cōtinentias uindicaret/ quē deiici regno curauerat quod ipsa nonne annos administrauit. & hæres quidē oīum sit Hyrcanus cui regnū etiā uisū cōmiserat. Verū aristobulus uiribus atq; auctoritate p̄stabat. Habito autē inter eos circa Hierichuntā de rerū summa cōſpectu/ pleriq; Hyrcano relicto tranſeunt ad aristobulū. Hyrcanus autē cū reliquis fugiens puenit castellū antoniā/ ibiq; salutis obſides nactus erat alicuius aristobuli cū filiis/ priusquā graue quid fieret ea lege in concordia rediit/ ut regnū quidē aristobulus haberet. Hyrcanus uero excederet quasi frater regis aliis honoribus contentus. Hoc modo in fano reconciliati cum in conspectu circūstantis populi benignissime alter alterū ualere inſuſſent. Domos permutant & aristobulus qdem recedit in regiam/ Hyrcanus autē in aristobuli domo. Metus uero & alios eius inimicos præter spem dominationis occupat / & maxime antipatrum iam dudum aristobulo inuſum. Erat autem genere idumæus & nobilitate ac diuitiis aliarumq; rerum copia genitilis suæ princeps.

Antipater hortat Hyrcanū ut impiū repetat ad regē arabiz accedūt pro auxiliis & in aristobulū uadūt & superant mortuūq; esset nisi dux romanorū soluiſſet obſidionē. Cap. Xth.

Sigitur & Hyrcanū ut ad arethā regē arabiz confugeret eiūsq; auxilio regnū repeteret hortabat/ & ipse arethæ ut hyrcanū susceperet atq; in regnū deduceret suadebat multa detrahens aristobuli moribus multisq; Hyrcanū laudibus prædicans. Simulq; admonēbat quod eū decet regno clarissimo præſidentē iniquitate oppressis manū porrigere. Hyrcano autē iniuriā pati q principatu iure ſucceſſionis ſibi debito cāniſſet. Sic inſtructis & præparatis ambabus nocte cū Hyrcano ex ciuitate profugit/ citatoq; cursu in oppidū quod Petra dicitur saluus euasit/ quod regni ſedes eſſet arabiz. Ibi poſtquā Hyrcanum in manu regis arethæ tradidit multis dictis multisq; muneribus ut auxiliū ſuberet quo in regnū deduceretur efficit. Erant autē peditū equūq; milia. cl. quibus nequaquæ reſtitit aristobulus. Sed primo impetu ſuperatus in Hieruſalem fugere cogitū atq; oīno captus eſſet/ niſi dux Romanorū Scaurus aduentis horū temporibus imminens ſoluiſſet obſidionē. Namq; is ex armenia qdem in Syriā miſſus erat a Pōpeio magno q cū Tygrane bellum gerēbat. Sed ubi damascū uenit recens a Merello & Lolio captū reperit. his inde ſummotis cogitoib; iudea quid agereſ illuc uelut ad quæſtū cucurrit. Deniq; mox ut fines ingreſſus eſt legati ad eum ueniunt a fratribus utroq; ſibi ut porius adiumento eſſet orantibus. Sed trecentis talentis quæ aristobulus ei miſerat iuſtitia poſt habitā eſt. Tot. n. acceptis Scaurus ad hyrcanū & arabas legatos dirigit. Romanorū eis & pōpeii nomen intentas/ niſi obſidione deſiſterēt. Itaq; & arethas ex iudea in philadelphiā recedit metu percuſſus & Scaurus damascum rediit.

Aristobulus proſequitur & reſarcitis copiis congreſſus cū Hyrcano occidit ſupra ſex milia eorum antipater & Hyrcanus ad Pompeium qui tunc erat in damasco accedūt ut reſtituat hyrcanū/ Pompeius cum exercitu ad fines iudæe peruenit. Aristobulus alexandriū confugit/ pompeium alloquitur pacato pompeio pollicitationibus/ audita morte Mithridatis perrexit hieruſolymā/ decepit pompeium. eo q ex promiſſis nihil eſt factum/ iratus pompeius aristobulum in cuſtodiam collocat & ad ciuitatem tentat accedere ut euerat. Cap. XIII.

Aristobulus autē quod captus non eſſet. ſatis ſibi eſſe non credidit/ ſed omnibus quas haberet copiis congregatis perſequebatur hoſtes/ & circa locum quem pampirioma uocat proelio commiſſo ſupra ſex corū milia cecidit in quibus erat phaſſion frater antipatri/ hyrcanus uero & antipater arabum priuati auxilio ſpem in aduerſarios contulerunt. Et cum pompeius Syriam tranſgreſſus damascum perueniſſet ad ipſum conſugiunt. Multisq; muneribus eiſ datis illa tantum quibus apud aretham uſi fuerant allegantes magnopere prædicabantur ut aristobuli uolentiā odio dignam putaret/ regnoq; hyrcanū reſtitueret/ cui tam ætate quam moribus debeatur/ ſed nec aristobulus ſibi deſuit corruptione Scauri fretus. Venerat autē quāram poterat ornatus cultu regio/ deinde offeſſus obſequiis/ neq; ferendū exiſtimans abiectius quā regem deceret/ utilitatē deſeruire a diuſpoli ſegregat. Ob hoc iratus pōpeius & hyrcano eiūsq; ſociis hoc præcantibus poſt aristobulū petiit & Romano ſimul exercitu & Syriorū inſtructus auxiliis. Cū uero pellam & Scitopolim præter

Im præter gressus Coratas uenisset unde Iudæorum fines incipiunt per mediterranea loca subeuntibus. Cognito Aristobulum in alexandriū confugisse. Id autē castellū est in monte præcelso positū satisq; liberaliter accuratū mittit per quos cum iuberet inde descendere. Ille autē decreuerat quia pro imperio uocaret periclitari potius quam parere. Sed populū uidebat perhorrescere & amici monebant ut Romā uim cogitaret quā sustinere non posset. Itaq; horū consiliis obediens descendit ad Pompeiū quodq; iuste regnaret multis persecutis in castellū rediit. Et cū iterū descendisset provocatus a fratre ac de suis iustitiis cū eo concertasset denuo regredi non prohibente Pompeio. Erat autē inter spem timorēq; medius & ueniebat quidē uelut exoraturus Pompeiū ut sibi cūcta permitteret ad montem uero reuertebat ne quid regie dignitati derogare uideretur. Quia tamen castellis cum Pompeio cedere placebat. Isq; præpositos monere litteris ut absisterent quibus præceperat ut non nisi manu sua scriptis epistolis obtemperaret. Inssus quidē facit sed in Hierosolymā cū indignatione discessit belloq; iam congredi cum Pompeio cogitabat. Ille autem nec enim tempus aptum erat nec iniitiā dum putauit statim consequitur. Multū quippe alacritati eius adliderat circa Hierichunta Mithridatis mors nunciata. Vbi pinguisima Idumæa regio & palmarum plurimum ac balsamum nutrit cuius inciso lapidibus acutis robore stillantem lachrymam ex uulneribus colligunt. Cūq; illic pernoctasset mane in Hierosolymam properabat. Itaq; hoc eius impetu perterritus Aristobulus supplex occurrit pecuniā pollicitus quodq; semetipsum ei cum ciuitate permitteret. Pompeium mitigat sæuientem. Nec tamen quicquam eorum quæ promisit effectum est. Gubiniū enim qui ad suscipiendam pecuniā missus fuerat nec in oppidum quidem Aristobuli loci receperunt. His commotus Pompeius aristobulum in custodiam collocat ad ciuitatem uero profectus explorabat qua facilius esset accessus. Nā & murorum eis firmitatem oppugnari possit facile non uidebat. Vallemq; pro mœnibus horribilem fanumq; illic cernebat proximum adeo tutissima munitione circumdarum ut etiam si ciuitas caperetur secundum esset hostibus profugium.

Hæsitante Pompeio quō urbem caperet orta est seditio inter eos qui in ciuitate erāt deniq; uicta est pars aristobuli receptis Romanis initis consiliis cū Hyrcano quō aliā pte q̄ in locū tutissimū confugerat caperet tādē sine cōsilio & auxilio Pompei nihil esset factū. Cap. XIII.

Moc autem diu quid faceret hæsitante seditio intra ciuitatem orta est. Aristobuli quidē sociis belligerari potius regemq; liberare dignū esse firmanibus qui uero cū Hyrcano sentirent Pompeio portas aperire. Merus autē hos plures faciebat Romanorū cōstantiā respicientes. Deniq; uicta pars aristobuli cōcessit in templū & ponte qui ab eo ciuitati iungebatur abscisso ut ad ultimū usq; resisteret instruebatur. Cum autē alii Romanos recepissent in ciuitatem his quæ domū regiam tradidissent ad hæc obtinenda Pompeius unū ex ducibus sibi obedientibus Prisonem cū militibus intromittit. Hisq; præsidii in ciuitate dispositis quia nemini eorū qui in templum confugerant pacē persuadere potuit. Omnia quæ circū erāt expugnare parabat Hyrcano eiusq; amicis ad consilia conferenda & ad efficienda quæ iuberet alacriter animatis. Ipse uero partes septentrionales fossamq; uallemq; replebat omni genere materiæ p̄ milites cōportato cū p se opus esset difficillimū ppter immensam altitudinē & p̄terea Iudæi modis omnibus desup obsisterent. Māsi setq; opus imperfectū nisi Pompeius obseruatis diebus septimis quibus religio Iudæos ab oī ope manus abstinere cōpellit p̄ eos aggerem cumulare p̄cepisset inhibitis a proelio militibus. Pro solo enim corpore Iudæos etiam per sabbata pugnare licet.

Tentans Pompeius locū inuadere tertio mense uix turrim unā euerterat. Cap. XV.

Tentatur iam ualle repleta & impositis agere turribus admotisq; machinis esto portatis moturi tentabat. Desuper obstantes lapidibus repellebant. Cum diu turres obsidentū magni cū sine simul & pulchritudine præstantes uim repugnantiū sustinerēt. Verūtamen Romanis tunc plurimū defatigatis Pompeius Iudæorū tolerantia & in aliis admiratus est & præcipue q̄ nihil de suspicionis suæ rita inter mea tela pereuntes derogari passi sunt sed uelut in alta pace ciuitas ageret & quotidie sacrificia & uictimas omnēq; dei cultū diligentissime celebrarunt nec uel in solo excidio cū ad aram in dies singulos trucidarent legitimis religionis suæ muneribus abstinerūt. Mense namq; obsidionis tertio uix una turris deiecta fanum irrupit est.

Faustus Cornelius muros primus ascendit multi occiduntur. multi ex muris se proiciunt Pompeius cum suis comitibus ingreditur in templum ingressus neminem nisi pontificem uidit præcepit q̄ nihil aufereret postero die solennia celebraret Hyrcanūq; pontificem declarauit Pompeius uero cum Scuro dicens Aristobulum Romam profectus est. Cap. XVI.

Primus autem murum transcendere ausus est cū suis agminibus Syllæ filius Faustus Cornelius & post eum centuriones duo Farius & Fabius cum suis agminibus. Et circūsepto undiq; fano alios alio confugientes uel etiam paulisper repugnantes interficiūt. Vbi plurimi sacerdotum quantū hostes strictis gladiis irruētes uidebant intrepidi tamen in pagedis rebus

dis rebus diuinis persequerabant & in ipso libandi templum adolendi ministerio macabantur saluti quoque praeferebant religionis obsequium. Multos autem sui gentiles aduersus patris studiose trucidabant plurimi semetipsos in rupes praecipitabant. Nonnulli furibundi cunctis quae circa murum erant in desperatione & succensis pariter conflagrabant. Itaque Iudaeorum quidem milia. xii. occubuerunt. Romanorum vero pauci sed plures lauciari sunt. Nihil autem grauius in illa clade Iudaeorum genti visum est quam sanctum illud arcanum neque cuiquam prius visum alienis esse directum. Denique Pompeius una cum suis comitibus templum ingressus ubi neminem praeter pontificem adesse fas erat quae intus erant candelabra cum lychnis & mensas & in quibus libare atque adolere moris erat uascula ex auro cuncta prospexit congestamque pigmentorum molem sacraeque pecuniae prope ad duo milia talentorum. Nec tamen uel haec uel aliud quicquam de sacrosanctis opibus siue instrumentis attigit. Sed postero die post excidium curare templum ne quid haberet sordidum aedituos iussit & solennia sacra celebrare. Ipse autem Hyrcano pontifice declarato quod se & in aliis rebus alacrem obsidionis tempore praebuisset promptamque ad bellum agrestium multitudinem ab Aristobulo renocasset per quae sicut imperatorem bonum decuit benivolentia potius quam timore plebem sibi reconciliauit. Inter captiuos etiam comprehensus aristobuli socer idemque patruus tenebatur & illos quodam qui maxime belli causa fuissent securi percussit. Faustum uero & qui una fortiter fecerant praedarum praemiis donat & in hierosolymis tributum indicit ablatas autem genti etiam quas in Syria coeperat ciuitates Romanorum qui tunc erant militum ducibus parere iussit propriisque tantum terminis circumclusit. Instaurat autem in gratiam cuiusdam ex libertis suis Demetrii Gadarensis etiam Gadara quam Iudaei subuerterat. Mediterraneas praeterea ciuitates eorum de potestate liberauit quas praeventi non exciderant hyssion & Scitopolim & Pellam & Samariam & Marissam itemque Azotum & Iamnia & Aretusa nec non & maritimas garam & Ioppem & Doram & quae pridem Stratonis turris uocabatur. Post autem ab herode clarissimis aedificiis transformata Caesarea nominata est easque omnes indigenis ciuibus redditus uiri prouinciae Syriae non iunxit. Huius autem & Iudaeae cunctorumque administratione ad aegyptios fines & flumen Euphratem cum duabus cohortibus Scauro permissa Roma ipse per Ciliciam properauit captiuum ducens aristobulum cum familia. Erant autem filiae duae toridaeque filii quoque unus alexander ex itinere fugit minor autem Antigonus cum sororibus Romam uectus est.

Scaurus in arabiam proficiscitur patitur multa ob asperitatem locorum Alexander aristobuli filius interim Iudaeam populatur timet Gabinium propterea loca arabiae munit Gabinius praemisso Marco antonio adiunctis aliis obuiam fit Alexandro coactus alexander cogeret cum Gabinio uictus effugit Gabinius restaurat loca perterritus alexander legatos ad eum misit pollicens sibi omnia castella quae ipse Gabinius eruit funditus.

Cap. XVII.



Interea Scaurus in arabiam ingressus ad petram quidem regionum asperitate prohibebatur accedere quae autem circum erant omnia uastabat multis & in hac malis afflictus. Nam exercitum fames comprimerebat. Cui tamen Hyrcanus per antipatrum uictui suppeditabat necessaria.

Quae uelut arethae familiariter et Scaurus ad eum allegauit ut bellum pacione deponeret. Itaque persuasum est Arabibus. ccc. talentis decedere atque ita Scaurus ex arabia transduxit exercitum. Alexander autem aristobuli filius qui Pompeium fugerat magna manu dilapso interea tempore congregata Hyrcano grauius iminebat Iudaeamque populabatur. Quam quidem mature debellare posse credebatur quoniam disturbatum quoque a Pompeio murum hierosolymis renouatum esse confidebatur nisi Gabinius in Syriam missus qui Scauro succederet cum in aliis forte se praebuisset tunc et in alexandrium mouisset exercitum. Huius autem ille imperum ueritus & ampliorum militum manu congregabat donec facta sunt decem milia peditum & mille quingenti equites uillasque oportunas muris hoc est alexandrium & Hyrcanum & Machaerunta non longe arabiae montibus munebat. Igitur Gabinius cum parte militum praemisso Marco antonio ipse cum toto exercitu sequebatur. Lecti autem antipatri comites aliaque Iudaeorum multitudo quorum Malichus & Pytholaus principes erant iunctis cum Marco antonio uiribus suis Alexandro obuiam processerunt neque ita multo post aderat cum suis copiis Gabinius. Alexander autem cum quidem in unum confertam hostium multitudinem sustinere non poterat abcessit. Cumque Hierosolymis propinquasset coactus proeliu suscepit. Amissisque sex milibus quorum tria uiua capta sunt tria uero prostrata cum reliquis effugit.

Gabinus autem ubi alexandrium uenit quia multos deseruisse castra cognouit promissa delictorum uenia conabatur sibi eos ante plurimum coniungere. Cum autem illi nihil mediocre cogitarent plerisque interfectis reliquos in castellum concludit. In hoc bello dux Marcus antonius multa praedare gessit & quamuis semper & ubique uir fortis apparuisset tamen tunc etiam suum uicem exemplum. Gabinus autem relictis qui castellum expugnarent ipsi ciuitati subuenire & intactas quidem confirmare subuersas autem erigere curabat. Denique iussu eius Scitopolis habitari coepit & Samaria & Anthedon & Apollias & Iamnia & Arabia & Marissa & Dora & Gadara & Azotus aliaque multae lectis ciuibus atque incolis ad eas concurrentibus. Is autem recte dispositis regressus ad alexandrium uehementius urgebat obsidum. Quare terribus alexander omnibus desperatis legatos ad eum misit & ignoscere delictis orans & quae sibi parentem

sibi parerent castella Machærunta & Hyrcanium tradere non dubitans/quinetiā alexandriū eius po-
testati permisit. Quæ quidem Gabinus oīa consilio matris alexandri funditus eruit ne rursus belli
ulterius receptaculū fierent. Aderat tamen quo suis Gabinium palparet obsequiis uiro suo cæterisq;
captiuis metuens qui Romam fuerant abducti.

Gabinus Hierosolymam deducto Hircano reuertitur aristobulus interim parato exercitu alexan-
driū occupat/sed tumultu Romanorū in Machærunta confugit/sed tandē capitur & ad Gabiniū
perducitur/alexander interim iudæā reduxit in dissensionē/Romanos multos trucidare decreuerat/
Gabinus concordiam persuasit/sed certantibus ipsis alexander fugatus dispersit/Gabinus Hieroso-
lymam reuertitur. Cap. XVII.

Post hæc uero Gabinus Hircano Hierosolymam deducto ei; sani cura mandata cæteris
reipu. partibus optimates præfecit. Omnēq; iudæorum gentem in conuentus quinque di-
uisit. uno Hierosolymis/altero Doris. itemq; tertio ut apud amathunta respondeat/ desti-
natis quarto Hericus & quinto Sophoris Galilæe ciuitas attributa est. Singulari autē uni-
us dominatione liberati/libenter ab optimatibus regebantur. Verumtamen nō multo post euenit/ut
turbatum is qui fuerat initium elapsus Roma aristobulus cum magna iterum iudæorum manu con-
flata partim cupida mutationis partim quibus olim dilectus erat. primum occupat alexandrium/ id
quæ recingere muro tentabat. Deinde cognito q; Gabinus Silennam & antonium & Seruiliū du-
ces cōtra se cū exercitu misit in Machærunta cōcedit/uulgiq; in bellis onere deposito solus armatus
prope ad octo milia militū secū duxit inter quos erat Pitholaus secundarū partiū rector cum mille ui-
ris e Hierosolymis profugus. Romani autē sequebant/ habitosq; conflictu aliquamdiu cum suis ari-
stobulus fortiter dimicando perseuerabat/donec ui Romanorū subacti/cæsa sunt uirorū quinq; mi-
lia. Prope uero ad duo milia in quendā tumultum confugerunt. Cæteriq; mille cum aristobulo per-
pra Romanorū acie in Machærunta coacti sunt. Vbi Rex cū in ruinis prima uespera tetendisset/spe-
rabat quidē aliā se manū per inducias belli posse contrahere/castellūq; bene munire. Imperiū autē Ro-
manorū supra q̄ poterat per biduū remoratus postremo capitur & cū antigono filio qui Romæ se-
cum fuerat uinctus ad Gabinium atq; inde Romā perductus. Sed illū quidē senatus custodia coercu-
it. Filios uero eius in iudæā remisit quia Gabinus scripserat per Epistolas id pro traditione castello/
rum cōiungi aristobuli (spondisse. Parato autē Gabiniō bellū Parthis inferre Ptolomæus impedi-
to fuit. Qui reuersus ab Euphrate petebat ægyptū Hyrcano & antipatro amicis usus ad oīa quæ mili-
tiæ necessitas exigebat. Nam & pecuniis & armis eū & frumēto Antipater auxiliis adiuuit. Et iudæ-
is in ea parte uiarū quæ Pelusium ducerent obseruātibus transmittere Gabiniū persuasit. Alia uero
Syria discessu Gabiniū commota & iudæos iterum alexander aristobuli filius ad discessionē reduxit
& maxima multitudine conflata Romanos omnes q per omnē terrā degerent obtruncare decreue-
rat. Quā rem Gabinus metuens iam enim ex ægypto redierat. Hoc tumultu instante nonnullis dissi-
dentū præmissis antipatro concordia persuasit. Cum alexandro autē milia. xxx. remanserant/ & ille
ad bellū promptus erat. Itaq; ad pugna cōgredit. Occurrunt autē iudæi & circa montē Itabirium con-
gressi/dece milia steruntur/cætera uero multitudinē fuga dispersit. Et Gabinus in Hierosolymam
regressus. Id enim antipater uoluit tempus. eius cōposuit deinde hinc pfectus Nabathæos pugna su-
perat/& Mithridatē & Orphanē a Parthis pfugas clam dimittit/eosq; militibus aufugisse firmavit.

Crassus succedit Gabiniō/suscipit Syriā/auferit aurū tēpli/perit transgresso Euphrate. Crassus Sy-
riā defendit/occidit Pīsilauū colligentē seditiosos aristobuli. Cap. XIX.

Posterea Crassus ei successor datus Syriā suscepit. Is in priuæ militiæ sumptū & omnē aliud
aurum templi quod Hierosolymis erat abstulit/& a quibus pompeius temperauerat duo
milia talentorum. Euphratē uero transgressus & ipse periit & exercitus eius/ de quo non
est huius temporis cōmemorare. Post Crassum autem parthos in Syriā properantes Cassius inhibu-
it receptus. Prouincia autē fauore eius quæsitā in Iudæam festinabat/captisq; Taricheis ppe ad tria
milia iudæorum adducit in seruitium. Occidit autē etiā Pīsilauū seditiosos aristobuli colligentē/ cuius
necis suusor erat antipater.

Antipater ex arabis coniugē suscipit/sociat sibi regē arabū p affinitatē bellū uult gerere cū aristo-
bulo/Cæsar mittit e roma aristobulū solutū uinculis in Syriā/perit ueneno/& alexāder filius occidit
ptolomæus aufer antigonū & eius sorores a cōiuge aristobuli & minorē sibi cōiugio copulat antipa-
ter mortuo pompeio cōtulit se in clientelā Cæsaris & Mithridates cū antipatro uictores sūt. & pom-
peius tandē gratia antipatri pontificatū cōfirmavit Hyrcano. Cap. XX.

Postea autē nupta fuit ex arabia nobilis foemina noīe Cypris. unde filios quattuor/ phasclum
& regē Herodē & iosephū & pherorā & Salomen filiā habebat. Cū autem omniū q ubiq;
potētes essent amicitia hospitii familiaritates cōquireret pcpue regē arabū p affinitatē
sibi sociauit/eiusq; fidei cōmēdās filios suos ad eū misit/quoniā bellū cū aristobulo gerē-
dum susceperat

dum suscepit. Cassius autē cōpulsus ad omnia p̄ conditiones Alexandro ad Euphratē reuersus est: p̄ci-
 thos trāsitu phibitus de quibus alio loco referemus. Cæsar autē post senatus & Pompeii fugā trās/
 mare Ionii rebus omnibus Romæ: potius solutū uinculis Aristobulū cum duabus cohortibus ne-/
 lociter in Syriā misit: & hāc facillime & cuncta Iudææ p̄xima per illū subiici posse ratus. Verū & sp̄s
 Cæsaris & Aristobuli alacritatē præcessit inuidia. Nā ueneno peremptus a pompeii studiosis aliquā
 diu etiā sepultura in solo patrio carebat: corpusq; mortui seruabat melle conditū. Donec ab Antonio
 Iudæis iussu est in mōnumentis regalibus sepeliendū. Occiditur autē Alexander quoq; filius eius a Sci-
 pione securi percussus Antiochiæ secundū Pompeii litteras accusatione: p̄ tribunali prius habita sup̄
 his quæ in Romanos admiserat. Ptolomæus autē Minnei filius qui apud Chalcida sub Libano mora-
 batur captis eius fratribus filiū suū Philippionē qui eos accerferet: mittit ascalonē atq; ille abstractū
 ab Aristobuli coniuge Antigōnū eiusq; sorores adducit ad patrē. Amore autē minorem earum coniu-
 gio suo copulat: ob eamq; postea causam a patre occiditur. Accepit enim Ptolomæus in matrimoni-
 um Alexandrū perempto filio: huiusq; affinitatis gratia fratris eius propensiore cura tuebat. Antipa-
 ter autem Pompeio iam mortuo in clientelā Cæsaris sese cōtulit: & in Mithridates Pergamēnus ab
 accessu Pelusii prohibitus cū exercitu quē ducebat in Aegyptū apud ascalonē morabatur. Non solū
 arabas quāuis hospes esset auxiliū ferre p̄suasit. Verū & ipse armata Iudæorū tria circiter milia secū
 mouit. Excitauit autem præsidio Syriæ quoq; potētes & incolā Libani Ptolomæum & Iamblichum
 quorū gratia ciuitates illius regionis alacri animo bellū pariter ichoarūt. Iāq; fretus Mithridates au-
 ctis p̄pter Antipatrū copiis Pelusiū proficiscitur. Et quia transire uetaret ciuitatē obsidebat. Antipa-
 ter uero & in hac oppugnatione clarus enituit. Effracto em̄ ex parte sua muro primus in ciuitatē cū
 suis comitibus insiluit. & Pelusiū quidē capta est: ulterius autē progredi non sinebant: Iudæi & Aegy-
 ptii terrarū incolæ quæ appellatur Oniæ. Quibus tamen Antipater non modo ne obstitarent uerētia
 ut uictui necessaria præberent militi p̄suasit. Vnde factū est ut nec Memphitæ in manus uenirent:
 ultroq; sese traderent Mithridati atque ille delato peragrato pugna cū cæteris cōmisit Aegyptiis in
 loco cui nomen est Iudæon stratopedon: eūq; in acie omni dextro cornu periculo liberauit. Antipater
 circumgressus fluminis ripā. Leuū enim cornu contra se positū superabat. Facto autē in eos impetu
 qui Mithridatē prosequerent multos occidit: tādūq; reliquos fugiētes angebat: donec ēr castris eoge
 potitus est. lxxx. tantū de suorū numero amissus. Obtingentos autē fere Mithridates cū fugerat perdis-
 dit. Præter sp̄s uero sematus ex proelio uacuis inuidia testis rerū ab Antipatro gestarū fuit apud Cæ-
 sarem. Vnde ille tunc quidē Antipatrū petiit laudibus incitatū ad subeunda p̄ se pericula redidit pro-
 ptiorē. In qbus omnibus bellator audacissimus cōprobat: multaq; p̄pessus uulnera toto corpe ge-
 rebat: signa uirtutis disertæ. Postq; autē rebus in Aegypto compositis ad Syriā rediit & Romana cū
 ciuitate simul & immunitate donauit: aliisq; rebus honorādo amicissimeq; tractādo dignū æmulatio-
 ne cōstituit: eiusdēq; gratia etiā pontificatū cōfirmauit Hyrcano.

Antigonus corā Cæsare criminabat Antipatrū: sed Cæsar cognitis meritis antipatri Hyrcanū cō-
 firmat & cuius uelit dignitatis proponit optionē. declarat procurator Iudææ: sedat Iudæā: Hyrcanū
 reddit in gratiā populus tādē phaseliū filiū maiore p̄posuit territorio Hierosolymog. Herodē minore
 natu curatorē Galilææ. Herodiā deprehendit cū multis aliis ex hoc cognitus est Sexto Cæsari p̄pin/
 quo magni Cæsaris.

Cap. XXI.



Odemq; tempore antigonus quoq; aristobuli filius cum uenisset ad Cæsare maioris præ-
 ter opinionem foelicitatis causam præbuit antipatro: nam qui de patris morte quæri debes
 ret propter inimicitias Pompeii: ueneno quantum putabatur perempti: & crudelitatic
 in fratrem accusare Scipionem: nullumq; inuidiæ dolorem admiscere miseris: ultro ho-
 Hyrcano & antipatro criminabatur ueluti se patrio loco cum fratribus iniquissime pellere nt: mul-
 tisq; gentē iniuriis afficerent: dūmodo sociarentur q; in ægyptum auxilia ipsi Cæsari non benigno:
 lentia: sed timore ueteris discordiæ miserint: & ut amorē Pompeii depræcarent. Ad hæc antipater
 ueste proiecta multitudinem uulnerū demonstrabat: & qua fide quidē Cæsare coluisset uerbis non es-
 se opus dixit. Nam corpus etiam se tacente clamare: antigoni autem mirari audaciam: q cum hostis
 Romanorum sit filius & fugitini Romanorū nouarūq; rerū studiū uotūq; seditiosum patris habeat
 apud Romanorū principem alios accusare conetur: boniq; aliquid adipisci tentaret quem hoc solū
 oporteret amplecti: quod uiueret. Neq; enim tam nunc propter inopiam desiderare facultates: sed ut
 in eos qui se dedissent Iudæoram seditiones accenderet. Quæ ubi Cæsar audiuit Hyrcanum quidem
 pontificatu digniorem esse pronunciauit. Antipatro autem cuius uelit potestatis detulit optionem.
 Qui permissa dignitatis mensura ipsi quidem daret Iudææ procurator declaratus est. Et præter hoc
 impetrauit subuersa patriæ moenia renouare sibi licere: hos quidem honores Cæsar incidendos in ca-
 pitoliū misit: ut iustitiæ suæ uirtutisq; signū antipatri memoriæ traderet. Antipater uero ubi de Sy-
 ria Cæsare p̄secutus est i Iudæā reuersus ante oia patriæ muros a pōpeio dirutos reparabat: omniaq;
 lustrando

instruendo ne quid in illis regionibus turbatum esset/nunc interminando/nunc etiam suadendo curabat
 nunquamq; admonens/q; si cū Hyrcano sentirent in orio atq; opulencia uicturi essent fortunis suis
 & omni pace potituri sine spe uana duceretur. eorū qui priuati quāstus gratia res nouas optarent/se
 quidē nō procuratorē sed dominum omnium/Hyrcanū uero tyrannū pro rege/ itemq; Romanos &
 Cæsarem hostes pro amicis & rectoribus habituri neq; enim passuros huius potestātē labefacturi/
 quē ipsi regē constituisent. Sed quamuis hoc diceret tamē etiam per se quoniā Hyrcanū seigniorē ui-
 dera/ nec tā efficacē sicut regni posceret sollicitudo/ statum prouinciā cōponebat. Et sic Phaselus qui
 dem natu maximū filiorū suorū militiā prāpositum Hierosolymis eiusq; territorio prāfecit. Herodē
 uero ætate posteriore nimisq; adolescentē Galilæe destināt similia curaturū. qui cū natura strenuus es-
 set cito materiā ubi ad magnitudinē exerceret inuenit/ captūq; latronū principē Ezechia quē prāda/
 ri maximo agmine continentia Syriæ deprāhendit/ ipsumq; aliosq; latrones multos interfecit. Ea-
 res adeo grata fuit Syris ut per uicos & oppida caneretur herodes ueluti per eum pace reddita &
 possessionibus restitutis. Ex huius deniq; operis gloria sexto ē Cæsari propinquo magni Cæsaris &
 Syriam tunc administranti est cognitus.

Compellitur herodes ab Hyrcano qui eū tam gloriosum euasisse oderat ut ad eū accedat ipse ne-
 ro psuasus uerbis multorū q; inuiderant Herodi accersiri eū fecit/ sed recessit Herodes nō paratus obe-
 dire/ Concitat Hyrcanus iterū cōtra herodē/ sed herodes declaratur a sexto Cæsare dux militū in Sy-
 ria/ herodes hyrcanū cogitat ex regno pellere sed uerbis patris & fratris mitigat. Cap. XXII.

Quin & Phaselus fratris indolem contentione bona superare certabat augendo erga se be-
 niuolentiam hierosolymis habitantium atq; illam quidem ciuitatem possidens nihil autē
 contumeliōse per insolentiam potestatis admittens/ hinc antipater & obsequiis regalibus
 ab ea gente colebat/ & honores ei tanquā rerum domino omnes habebantur. Nec tamē
 ipse propterea minus fidelis aut beniuolus hyrcano fuit. Verū fieri non potest ut liuorē quisquam in
 secundis rebus effugiat. Namq; hyrcanus quamuis & antea tacite sua sponte mordebatur. Adolescenti-
 am gloria maxime rebus ab herode bene gestis & crebris nuntiis laudes eius per singula facta prā-
 dicantibus angebatur. A multis tamen inuidis qui regnis adherere solent/ quibusq; antipatri eiusq;
 filiorū probitas offīciebat instigabatur/ dicentibus q; Antipatro & filiis eius rebus traditis solo contē-
 tus & hac potestate uacuo regis nomine sederet. Et quamdiu sic errabit ut in se reges producat. Nec
 enim eos uel simulare iam procuratorem/ sed certe esse dominos ipso ireiecto/ cuius nec mādatis nec
 epistolis prāter ludeorū legē tantam multitudinē peremisset herodes/ illumq; nisi regnet/ sed adhuc
 priuatus ita ad iudiciū uenire debere rationē tam ipsi regi quam patriis legibus redditurū quā indē/
 natos occidi non sinerent. His paulatim accedebat hyrcanus. Ad extremū autē ad iracūdiā prouo-
 catus causam dicturū herodem iubet accersiri/ atq; ille & patriis monitis/ & q; ei fiduciā res gestæ da-
 rent munita prius Galilæa prāsidii ad regē proficiscitur. Ibat tamē cū forti caterua ne uel derogare
 uideretur hyrcano/ si plures duceret uel inuidiæ nudus pateret. Sextus autē Cæsar adolescenti me-
 suens ne quid apud inimicos deprāhenso mali fieret ad hyrcanum mittit/ qui ei manifeste denuncia-
 rent ut homicidii crimine liberaret herodē. Hyrcanus autē qui eum diligeret/ per se quoq; id cupiens
 absolutionem decernit. Atq; is inuito rege fuisse ratus Damascum recessit ad sextum/ nequaquā para-
 tus obedire si denuo fuisset accitus. Rursusq; a nequissimis irritabatur hyrcanus firmatū Herodem
 abiisse firmanibus/ & ut se contra eū instrueret properasse. Hæc autem rex uera esse existimās quid
 ngeret nesciebat/ quoniā potentiorē inimicū nidebat. Cū uero a sexto Cæsare dux militū p; syriā uēq;
 samariam declaratus esset herodes/ neq; solum propter gentis fauorem/ sed etiam uiribus suis terri-
 bilis putaretur ad timorem ultimum decedit/ iamiamq; illum contra se credens cum exercitu esse uē-
 turum/ neq; opinione deceptus est. Namq; herodes intentatæ sibi occisionis iracundia/ conflatam mi-
 litum multitudinem hierosolymam ducebat/ ut hyrcanum regno deponeret. Idq; fecisset nisi pariter
 egressi pater & frater fregissent eius impetum deprecantes ut/ & ipse ad uindictam ministrandā/ so-
 laq; indignatione mitigaretur/ regi autem parceret sub quo ad hoc potētiz processisset/ ac si propter
 rea q; in iudiciū uocatus esset indignaretur quia tamen absolutus est gratias ageret/ neq; tristibus
 quidē paria referret saluti uero esset ingratus. Quod si etiam momenta bellorū reputanda uiderent
 iniquitatē militiæ consideraret/ neq; omnino de uictoria bene speraret qui cum rege cōgressus esset
 una secum educato/ & sæpe quidem benemerito sæuo aut nunq; nisi q; malinolorum consiliis impul-
 sus umbram ei tantum iniquitatis admoisset. Paruit his herodes qui speratis putauerat posse sus-
 ficere/ suaq; uires demonstrare nationi.

Inter discordia inter Romanos & ob diuturnitatem belli uenit Marcus successor sexti
 Cæsaris q; mortuus fuit a Cecilio basso fauore Pompeii. Cap. XXIII.
 T inter hæc discordia Romanorum circa apamiam bellumq; domesticum oritur/ quoni-
 am Cecilius Bassus fauore Pompei Sextum Cæsare dolo necauerat/ eiusq; militē occupa-
 uerat. Illi

uerat. Illi uero Cæsaris duces mortis eius ulciscendæ gratia cunctis uiribus Bassum petebat. Quibus cum tam iterempti q̄ superstitis Cæsaris causa ambobus esset amicus antipater p̄ filios suos misit auxilia. Cum aut̄ bellū traheret ex Italia quidē successor antedicti Sexti uenit Marcus.

Tempore quo Marcus fit successor Sexto Cæsari/Cassius Syriā petit/exactiones imponit/irascitur cōtra Malichū eius exactorē/Herodes fit carus Cassio/præficiū procurator Syriæ/Cassio decedente e Syria oriē seditiō Hierosolymis Foelix quidā uolēs iudicare necē Mallii fratris cōgredit̄ cum Herode/Herodes potius uictoria/Accusatur Herodes antonio interfecto cassio/pecunia cū pacanit ueniunt legati antiochiæ centū uiri cōtra Herodē & Hyrcanū Messala defendēte eos/tetrarchas ambos declarat Antonius/legatos carceri compellit/maior tumultus fit Hierosolymis bellū gestū est cōtra alios legatos ab antonio ita ut multos occidisset/Barzaphanes concitans iterum Pacotum cōtra hyrcanum/tandem ab Herode multi obtruncantur die penthecostes in ciuitate ortum est bellum ita ut multi occisi ab Herode/multi fugati.

Cap. XXIIII.



Odē tpe bello inter Romanos cōflato dolo Bruti & Cassii Cæsare interfecto. Postquē trienniu septēq; menses tenuit principatū/maximo autē motu cædis eius gratia cōcitato/& optimatibus inter se dissidentibus ppria spe quisq; ducebat ad id quod existimabat esse se cōmodius/itaq; Cassius Syriā petit occupaturus militē q̄ apamiā circūsedebat/ubi & Marcū & dissidentes cohortes Basso cōciliauit/simulq; obsidione liberauit apamiā ipse uero exercitū ducēs stipēdiū ciuitatibus indicebat/nec modus erat exactionū. Cū autē Iudæos quoq; septingenta talenta iussisset inferre/minas eius ueritus antipater filiis suis & aliis amicis maturē pecuniæ cogendæ curā distribuit/& inter eos Malichus cuidā ex inimicis necessitas adeo urgebat. Primus autē herodes Cassii fauorē promeruit/q̄ ex Galilæa parte sua centū talenta portauit/pptereaq; inter eximios amicos numerabat. At uero cæteros tarditatis arguēs Cassius ipsis ciuitatibus irascebat. Eoq; Gophnā & Ammaū & duas alias ex uilioribus depopulatus/ibat quidē quasi Malichū interfecturus/q̄ remissior in exigendo fuisset. Verū & huius & cæterarū ciuitatū interitū repressit antipater centū illico talentis Cassio delinito. Nequaquā tamen Malichus post obitū Cassii beneficiorū antipatri memor fuit. Sed illi ipsi quē sæpenumero seruatorē fuisse sui nouerat periculū moliebat iniquitatis suæ impedimentū abolere festinans itaq; antipater & uires eius & calliditatē metuent/flumen trans Iordanē abiit ad ulciscendas insidias congregaturus exercitum. Depræhenso autē Malichus antipatri filios imprudenter superat. Nam & Phaselū apud Hierosolymā præfidiis appositū/& Herodē qui custodias curabat ad murū multis accusationibus & sacramētis circūuentos impellit/ut ipsis intercedentibus reconciliaret̄ Antipatro/atque ita denuo per Antipatrū exorato Marco tunc in Syriā milite regente seruatus est/qui Malichū statuerat occidere/quod nouis rebus studuisset. Cæsare uero adolescēte/& Antonio cū Bruto & Cassio bellū gerentibus/Marcus & Cassius exercitu de Syria conflato/q̄ magna pars ubi usus poposcit. Herodes fuisse/ipsū quidē toti Syriæ procuratorē præficiunt equitū illi manu peditūque attributa. Si autē bellū dedisset/regnū quoq; Iudææ Cassius se eidē declaraturū esse pollicitus est/uenit autē ut Antipatro & spes & fortitudo & filii causa mortis fieret. Horū enim metu Malichus ministro quodā regio pecunia corruptio mixtū ei ueneno poculum dari persuadet. Atque ille quidē iniustitiæ Malichi palma fuit. post cōmisiū mortuus uir ad strenuus rebusq; administrandus idoneus/& q̄ regnū recuperatum conseruasset hyrcano/& Malichus insensum propter suspitionem ueneni populum pernegando placabat/simulq; ut ualidior esset/armatorum sibi copias conquirebat. Nec enim Herodem cessaturū arbitratur/quin etiam mox cū exercitu necis paternæ ultor adueniret. Sed Phaseli fratris consilio qui eum palam minime psequendum esse dicebat/ne uulgi seditione concitaretur/& purgantem se tunc Malichum patienter admisit/& suspitione liberum esse concedens clarissimas paterno funeri celebrauit exequias. Conuersus autē in Samariam & ciuitatē cōposuit seditionē turbatā/per quæ dies festos in hierosolymā remeabat pmissis comitibus armatis nam timēs impetū compellebat Hyrcanus. Malichus autem alienigenas introduci super indigenas quod dies festos agerent prohibebat. Herodes autē & ipso quicq; præcepit causisq; contemptis nocte ingressus est. Iterumq; Malichus ad eū ueniens antipatrū flebat. Contra quod ille se falli cū uix dolo rē premeret simulabat & tamē de nece patris apud Cassiū p̄ epistolas quæstus est. Cui præterea Malichus inuisus erat. Itaq; nō mō ut mortē patris ulcisceret ei scripsit/sed etiā chiliarchis qbus pceperrat ut in cā iusta herodi opē ferēt occulte pcepit. Et quoniā capta Laodicia undiq; ad Herodē cōuenierāt optimates cū mulieribus & coronis ipse quidē hoc ultioni ipsos destinauerat. Malichus autē id Tyri fore suspicabatur/& filiū suū tunc apud Tyrios obsidione statuit subducere/& in iudæā fugam parabat. Salutis autē desperatio stimulat/ut etiā maiora cogitaret/nā & iudæorū gentem cōtra Romanos excitaturū se credidit/dū bello aduersus Antoniū Cassius occupabat deiectoq; hyrcano facillime regnatura. Sed pfecto irridebat eius spē fatale decretū. Etenim quo irēderet aiū/suspiciatus herodes & ipsum

des & ipsum Hyrcanū prope astantem ad cœnam uocat. Deinde sermorum quendam instruendi conuiuii specie intromittit. Sed res erat ut chiliarchis prædiceret ad insidias aggredi/atq; illi præceptorum Cassii memores ad litus ciuitati proximum armati gladiis exierunt. Ibiq; circumseptū. Malichū multis uulneribus interficiunt. Hyrcanus autē statim concidit stupore dissolutus/uixq; anima recepta Herodem percunctabatur/quis Malichum occidisset. Et cū ex chiliarchis unus respondisset Cassii præceptum/plane inquit & me & patriā meā Cassius seruabit incolamen/qui amborum insidiato rem peremit. Vtrū autē id ininidia dixerit/an q; timore factū probaret/incertū est. Sed enim in malichū hoc est modo ultus Herodes. Postquā uero Cassius excessit e Syria iterū hierosolymis orta seditio est. Cū Felix in phaselū monisset exercitū & in herodē fratris, poena uellet necē Malichi uindicare. Casu autem Herodes cū Fabio Romano duce apud Damascū habitabat. Et ne cupiens auxilio foret morbo impediēbat. Interea tamen Phaselus etiam sine cuiusquam præsidio superauit Felicē probrumq; ingrati obiciebat hyrcano/qui & Felici studuisset fratremq; Malichi castella occupantem coniuuauerat. Iam enim multa tenuerat omniumq; turissimum Masadā. Nec tamen ei quicq; cōtra uim Herodis potuisset sufficere/qui mox ut conualuit alia recepit. Et illum ex Masada supplicē dimisit & Marionem Tyriorum Tyrannum ex Galilæa pepulit. Triennium castella possederat/tyriisq; quos coeperat uirā concessit omnibus/nōnullos etiā donatos abire permisit una & sibi ciuitatis beniuolentiā & tyranno cōparans odium. Marion autē a Cassio quidē meruerat tyrannidem qui tot Syriæ tyrannos præfecerat. Sed ob herodis inimicitias etiā Antigonū & aristobulum secū ducebat & Ptolemæum propter Fabianū quē Antigonus pecunia sibi sociatū adiutorē incepti habebat. Cuncta uero socer ptolemæus Antigono subministrabat. Contra quos Herodes instructus in aditu iudæe cōmisit proelio uictoria potitur. Fugatoq; Antigono redit in hierosolymā/pro merito gestæ rei omnibus carus/ut etiā quibus antea despectus erat/tunc in eius familiaritatē sese dederint propter hyrcani affinitatē. Namq; is herodes iam pridē ex indigenis habebat uxorē nō ignobilem quæ Doris uocabatur & Antipatrū ex ea susceperat filiū. Tunc autē duxerat Alexandri cuius pater fuit Aristobulus/filiā Mariannem Hyrcani neptem ex filia atq; inde regi familiaris erat. Sed ubi Cassio circa philippos interfecto Cæsar in italiam & Antonius in Syriam discesserunt/& legatis ab aliis ciuitatibus ad Antonium missis in Bithyniam etiā iudæorū optimates accusatū ueniūt phaselū & herodē q; illis rerū summa ui possidentibus nomē tantū honorabile superesset hyrcāo. Atq; herodes qui præsto erat magna pecunia placatū sic Antonium affecit ut ne uerbum quidē inimicorū eius pateret audire/& tunc quidē ita digressi sunt. Cū autē denuo iudæorū principes centū uiri Antiochiæ proximā Daphnē ad Antonium uenissent iam amori Cleopatæ seruientem/delecti a cæteris qui eloquentia & dignitate præstabant aduersus fratres accusationē proponunt. Respondebat autē Messala causæ defensor astante etiā propter affinitatē hyrcano. Auditis deinde utrisq; partibus antonius percontabatur hyrcanum/quinā essent regendis rebus aptissimi. Cūq; is herodem eiusq; fratres a suis prætulisset uoluptate repletus. Nam & hospes eorū paternus erat/humanissimeq; ab antipatro susceptus eo tempore quo in iudæam cū Gabinio uenerat tetrarchas ambos declarat/ totius eis iudæe procuracione permitta. Legatis autem id ægre ferentibus. xv. eorū correptos carceri tradidit/quos etiam pene occidit. Cæteros autē reiecit cū iniuria. unde maior tumultus hierosolymis excitatus est. Deinde mille legati iterum Tyrum missi sunt ubi commorabatur antonius in hierosolymā paratus irruere. Et contra eos uociferantes magistratus Tyriorū directus data ei licentia ut quos compræhēdisset occideret/ præceptoq; ut eorū potestātē cōfirmare curaret/qui tetrarchæ ipsius essent antonii suffragio cōstituti. Ante hoc autē herodes usq; ad litus cū hyrcāo pgressus multis eos admonebat/ne & sibi interius & patriæ belli causa fierent/dum inconsiderate cōtendunt. Illis autē tanto magis id indigne ferentibus/ Antonius missis armatis multos occidit/multos etiam uulnerauit. Quorum & laucios cura & mortuos sepultura hyrcanus dignatus est. Non tamen ideo qui effugerant quiescebant. perturbando enim ciuitatē antonium irritabāt/ut etiā quos in uinculis haberet occideret. Barzaphanes autē parthorū satrapa Syriam biennio post tamen cū regis filio pacoro derinenti Lysanias patris sui mortui successor ptolemæi Minnei filii mille satrapæ talenta pollicitus & mulieres quingentas ei psuadet ut antigonū in regnū induceret hyrcanūq; deponeret. Impulsus igitur ab eo pacorus/ipse quidē p maritima loca perrexit. Barzaphanē autē itinere mediterraneo iussit irrumperē. Sed maritimorū Tyrii pacorū exclusē sunt. Cum ptolemæus eum & Sidonii receperūt. Ille autē quēdā regiū ministrū cognomine suū equitatus ei parte attributa ad iudæos iussit accedere/& exploraturū hostiū cōsilia/& ubi usus exegisset præsidio futurū antigono. Plurimi autē eorū qui Carmelū populabantur iudæi ultro ad antigonum currunt ad irruendum acriter animati. Ille autē ad locū qui Drymos dicitur occupādum eos præmit/ ubi commissā pugna depulsiq; hostibus & fugatis/hierosolymam cursu petebant/ auctiq; multitudine usq; ad regiam processerunt. Excepti autem ab hyrcano & phaselo/forti acie in fore cōfigit. Ibiq; hostes in fugam uersos pars Herodis in sanum concludit/custodesq; his sexaginta uiros apponit/per

ait per aedes proximas collocatos. Sed hos quidē infensus fratribus populus igni cōsumit. Herodes autem iracundia peremptorū congressus cum populo multos obtruncat/inq; dies singulos inuicem sese p insidias incurſatibus assidue cædes erāt. Instāte uero die festo q Penthecoste uocat/ oia circa tē/ plū totaq; ciuitas plebe rustica repleta est/ & plārag; armata. Er Phaselus qdē muros/ Herodes qdē cū paucis domū regiā custodiebat. Inualisq; de improviso hostibus in suburbano cōplures quidē pemit/ oēs aut in fugā cōuertit. Et hos in ciuitate/ alios in fanū/ alios in extremū uallū cōcludit.

Admittitur arbiter pacis Pacorus. Simulans Pacorus uolebat Antigonū adiunare/ cognitis insidiis missosq; ministro ad necē Herodis qui noluit admittere habēs huiusmodi suspectos/ audito q Phaselus frater eius fuisset corruptus ad Idumēā nocte pergit. cognitus a barbaris cogitur recedere prēmīssa matre & fratribus ad Masada properabat decertans cum illis potitur uictoria. Iosephus frater Herodis obuiam herodi ueniēti/ ex idumēā fuit paucis ex carissimis receptis alios dimisit/ parthi hie rosoliman ueniunt/ cōstituant regē Antigonū. hyrcanū & Phaselum uerberātes/ dentibus auriculas truncat. Antigonus ne possit esse pontifex/ herodes cognita morte Phaseli fratris uix euadens roma peruenit. Creat rex fauore oīum & fauore Antonii & Caesaris. Cap. XXV.



Nterea pacis arbitru Pacorū antigonū & petit & admittit. Exoratus autē Phaselus & ciuitate & hospicio cum equitibus quingentis Partum recepit/ sed ante qdem specie concordia uenientem/ re aut uera ut adiuuaret Antigonū. Deniq; phaselū dolo pepulit ad Barzaphanē legatos de compositione mittere/ quamuis multa dissuadēre herode/ atq; ut insidiatorem occideret. Ne ue se eius fallaciis dederet/ admonēte enim natura barbaros fidem negligere. Exiit etiam Pacorus cum hyrcano quo minus suspectus esset. nonnullisq; relictis equitibus apud herodem/ quos eleutheros uocant/ cū cæteris Phaselū persequabatur. Sed ubi ad Galilæā uenerunt/ indigenas quidē dissidentes atq; armatos offendunt. Satrapā uero conueniunt satis callide/ & officiis amicitiae dolos regentē. Deniq; postquam dona eis dedit redentibus insidias posuit. Illi autē in maritimum quendā locū deducti cui nomen est Ecdippon/ fraudē intelligunt. Ibi enim de promissis mille talentis audierunt/ & q Antigonus plāra q; mulieres ex his quas ipsi haberent inter quingentas parthis deuouisset/ quodq; sibi semper a barbaris perstruerentur insidiae. Olim enim capti esset mī mora fuisset/ dū hierosolymis caperetur herodes/ ne sibi præsiciens quæ de his agerētur caueret. Hæc iam non uerba erant solum/ nā & custodes haud procul abesse conspiciebat. Et tamen Phaselus Hyrcanū deserere non passus est/ quamquam eum sæpius moneret ut fugeret/ cui Saramalla syriorū tunc ditissimus dixerat/ quēadmodū essent oia de insidiis constituta. Sed conuenire satrapam maluit atq; mox exprobrare/ q se insidiis appetiisset/ ac maxime quia pecuniæ causa talis extitisset/ cū plus ipse pro salute daturus esset/ quā pro regno promississet antigonus. Ad hoc Parthus subdola satisfactione iurisq; iurādī suspicionē deprecatus perrexit ad pacorū statimq; a parthis qui remanserant quibus insum erat Phaselus atq; hyrcanus comprehenderentur/ per iniuriā simul ac per inuidiā execrantes. Et interim minister ad hoc missus herodem capere moliebatur eumq; fallere ut extra murum procederet/ sicut sibi mandatū fuerat conabatur. Ille autē suspectos habere solitus ab introitu barbaros & tunc minime dubitās in hostes incidisse litteras/ quæ insidias pderent indicare nolebat/ quāquam satis idoneam cām Pacorus prætenderet. epistolas portantibus obuiā ire debere/ nec enim aut ab hostibus esse captos/ aut qcquā de insidiis/ sed quæ Phaselus gessisset his cōtineri. Iādudū autē ab aliis audierat herodes fratrē suū phaselū esse corruptū/ & hyrcanū filia Mariāne prudētissima sceminarū. multis cū p cibis ne pderet orabat/ ne ue se crederet manifestis iā conatibus barbarorū. Adhuc aut Pacoro cū sociis deliberante/ quo nā modo clam pararet insidias/ nec enī fieri posset ut tāte sapiētiae uir ex aperto circūueneret. Nocte herodes cū ppinquissimis sibi psonis ad idumēā ignaris hostibus proficiscit. Eo cognito parthi cū psequabant. Et ille matrē quidē fratresq; suos/ desponsatāq; puellā cū matre/ minimosq; fratres prēdere iter iussit. Ipse autē caute cū famulis suis barbaros retēbat/ multisq; p oēs confictus interemptis/ ad castellū Masada pperabat. Grauiore autē in fuga parthis ludæos expertus est. Qui cū semp molesti fuissent/ a sexagesimo tamen ciuitatis stadio aliquandī et acie decertauerunt. Vbi Herodes uictoria potius cū multis interfecisset/ ipsumq; locū in memoriā clari facinoris ædificatū locupletissima exornauit regia/ arcēq; in eo munitissimā cōdidit/ ac de suo noīe Herodion uocauit. Et tunc quidē cū fugeret multi se applicabāt. Postea uero quā de idumæa uenit occurrit ei frater Iosephus/ turbāq; sequentiū diminui pſuadet/ nec enim capace esse multitudinis Masadā. Erat autē supra quā nouem milium multitudo. Itaq; parauit herodes eius cōsilio. & impares quidē necessitati p idumæam dimisit cū uaticio/ lectissimos autē maximeq; necessarios tenuit/ atq; ita in castellū receptus. Deinde octingentos qui mulieres defenderēt/ itēq; comitatu qui satis esset obsessis ipse in petrā ciuitatē Arabiæ prexit. Parthi autē apud hierosolymā in prædam uersū/ in fugientiū domos ac regiā iruebant/ solis hyrcani pecuniis abstinentes/ quæ. ccc. talenta superabāt/ aliorū uero spe minores inueniebāt. Quoniā Herodes iam pridem barbarorum perfidiam suspiciās/ quicquid erat in opibus præciosum

sum in idumæa multo ante comportauerat/eiusq; sociorū itidē quīq; fecerat. Verumtamen postquā præda potiti sunt Parthi ad hoc iniuriæ processerunt/ ut omnem terram illam bello implicato re/ plerent. Marisa tum quoq; ciuitate uastata/ nec solum antigonum regem constituerent/ uerum etiam Phaselum & hyrcanū uinctos ei traderent uerberandos. At ille Hyrcani quidem auriculas dentibus trūcat/ ne solutus quidem mutatis rebus unquam pontificatum recipiat/ ab integris enim celebrari sacra oportet. Phaseli uero uirtute præuentus est. Qui cum nec ferri copiam/ nec manus liberas habe- ret/ ad saxum fracto capite interiit/ atq; ita probato q; uerus herodis frater esset/ Hyrcanusq; degene- rasset uiriliter uita functus/ dignum operibus humanis obitum assecutus. Fertur tamen & aliud q; ex illa quidē plaga resipuerit/ sed ueluti curandi eius causa missus ab antigono medicus uenenis malis uulnus expleuerit/ eog; illum pacto peremerit. Vtrumuis autem uerum sit/ præclarum habet initium Deniq; aiunt eum priusquam efflaret animam/ cognito ex quadam mulierecula q; Herodes euasisset dixisset. Nunc bono animo decedam/ qui ultorem inimicorum uiuum relinquerim. Ille quidē sic mo- ritur. Parthi autem quamquam mulieribus caruerunt quas maxime cupiebant/ rebus tamen antigo- no apud Hierosolymā cōpositis uinctū in parthiam Hyrcanum ducunt. Herodes autem obstinatus in arabiam uelut adhuc uiuo fratre suo festinabat/ ut pecunias ab rege acciperet quibus solis exortā iri pro phaselo sperabat auaritiā barbarorū. Etenim reputabat si arabas minus memor fuisset pater/ nā amicitia/ animoq; liberali parciore/ uel mutuū ab eo sumere/ quod redemptionis causa præberet/ pignori opposito ipsius filio quē redimeret. Secum enim habens fratris filiū septem annis natū. ccc. quā talenta dare decreuerat interpositis præcatione Tyriis. Sed profecto studiū fortuna præuenierat & phaselo mortuo ne quicquā fratrem diligebat Herodes. Nō tamen uel apud arabas saluā esse ami- citiā repperit. Deniq; Malicus rex eorū præmissis qui hæc admonerēt quāprimū reuerri eū a finibus suis iubet/ simulatione quidē parthos per legatos petisse/ ut Herodē arabia pelleret. Certa uero causa fuit q; uicē antipatro debitā negare proposuerat. Neq; beneficiis ab eo pceptis aliquid eius filiis gra- tiæ rependeret consolatione egentibus. Impudentia uero suafores habebat qui antipatri uellent ob- uiare/ deposita erant aut circa eū potentissima. Proinde Herodes quidē ubi arabas ex ea causa hostes esse depræhendit/ unde amicissimos existimabat eaq; respondit nuntiis quā dolor imperabat/ ægy- ptū uersus recedit. Et prima quidē uespera in quodā agresti fano dū post uenientes recipiebat tendit. Postero autē die cū Rhinocurā puenisset fratris ei mors nunciaē. Acceptoq; tanto luctu quāto curæ deposuit/ ibat ulterius. Itaq; arabē sero facti penituit/ & qui reuocarent eū quē cōtumeliose tractaue- rat uelociter misit. Herodes autē etiā hoc in pelusiū peruenerat/ ibiq; transitū prohibitus/ ab eius rei speculatoribus rectores adit/ & illi cū famā uiri dignitatēq; reueriti/ alexandriā psecuntur. Trāsgres- sus autē ad ciuitatē a Cleopatra honorifice susceptus est/ ducē sibi militū fore/ eum ad ea quæ parabat existimante. Deceptus autē reginæ scibus/ neq; hyemis asperitatē neq; marina discrimina/ quominus nauigaret Romā extimuit. Circa pāphiliā uero periclitatus maiore oneris pre relicta/ nix in Rhodū uehemēter bello Cassii sollicitante saluus euadit. Amicorū autē suorū ptolomæi & Saphinæ receptus hospitio licet rei pecuniariæ pmeret inopia/ maximā tñ adificat nauē triremē. eaq; cū amicis delatus Brūdusiū atq; inde cōtinuo romā pfectus familiaritatis paternæ gratia primū cōuenit antoniū/ eiq; tā suas quā totius generis clades exponit/ quodq; affinis suis in castello at obsidione derelictis ad eū hyeme supplex nauigasset. Itaq; tantæ miserationis casum miseratus antonius & memoria quidē iunctæ cū antipatro dextere/ tūc uero ipsius q; erat cōreplatione uirtutis/ & tūc regē cōstituere ppo- suit iudeorū quoniā ipse tetrarchā ante fecerat. Non minus aut quā fauore herodis odio ducebatur antigoni. Hūc eni & seditiosum & Romanis inimicū esse arbitrabat. Cæsarē quidē habebat multo quā ipse paratius renouantē antipatri expeditiones quas in ægypto cū eius patre ptulerat/ & hospi- tiū & in rebus cunctis beniuolentiā/ cū præter hæc ipsius quoq; herodis efficaciam cerneret. Verūtn & senatū cōuocabat/ ubi messala/ & post eū attratinus astante Herode patris eius merita/ & ipsius circa populū Romanū fidē persequebantur/ quo simul & hostē antigonū demonstrarent/ nō solū q; intra breue tēpus bis dissidere cœpisset/ uerū etiā q; antea quoq; populo Romano despecto parthorū luf- fragio regnū curauisset accipere. His aut cōmoto senatu cū antonius bello contra parthos gerendo/ utile eise dicebat herodē regem creari omnes assentiunt. Dimisso consilio antonius quidem & Cæ- sar egrediebantur medium stipantes herodem. Consules autem cum aliis magistratibus antecede- bant Cæsari hostias/ decretumq; senatus in capitolio deposituri. Primo autē die regni herodis apud Antonium coenatum est.

Antigonus inclusos tenet iosephum & alios qui etiam exeuntes quandoq; uincebant quandoque aduerso casu reuertebantur. Verrudius interim festinat iosepho & aliis fere auxilium/ sed placatus muneribus antigoni discedit. Herodes ex Italia reuertitur & contra antigonum summit exercitum castris positus declarat populo uenisse bono populi & non recordatus offensarum/ detegitur cor- ruptio Sydonis ab herode q; ipse unū & oleum & oīa necessaria defferri scripserit in hierichūta. He-

rodes occupat ciuitatē & quingenta cacumina montium cōmittit bellū uictor reuertitur / Herodes multos in spelūcis occidit / pater septem filios cum matre occidit qui uolebant foedus inire cū herode & septem etiam desuper occidit / reuertitur in Samariam contra antigonum dimisso ptolemaeo prapposito qui ab eis occiditur / occisus multis per herodem fertur q̄ iosephus eius frater / in iudaea frāgitur & moritur in Galilaea se confert / uulneratur Herodes municipia multa occupat / in fugā uertit / aciem inimicorum / ciuitatem / ingreditur cladem fecit ex illis magnam / sed ppter hyemis asperitatē non potuit Hierosolymam applicare / interim uxorem ducit & in hierosolymam petit / iterum oritur discessio in ciuitate / Herodes iratus quoscunque posset occidit / Antigonus ad pedes castri prostrat / nitur / Herodes quatit pacare ciuitatem / & studiosos suos facere amicos / Antigoniam nos neci tradere.

Cap. XXVI.



Odera uero tēpore antigonus apud massada inclusos obsidebat / aliis quidē uictu necessariis abundantes / aquae autem inopes. Vnde iosephus quoq; frater regis cum ducentis familiaribus suis ad araba confugere cogitabat / audito q̄ eorū quae in Herodem cōmiserat malichum poeniteret / castellumq; reliquisset / nisi circa noctem qua egressurus erat plurimū imbrium contigisset effundi. Aqua enim repletis puteis fugiendi causa non erat utriamq; ultro in antigoni militū eruptionis auderent / multosq; cum aperto praecio / nunc insidiis neci darent / nō tamē illis omnia pro uoto cedebant / sed ipsi quoq; interdum cum aduerso casu reuertebantur. Interea dum romani militis Ventidius prohibitum missus parthos a Syria post illos in iudaeam uenit / uerbo quidem ut iosepho / & qui eam obsidebantur ferret auxilium / re autē uera ut pecunias auferret antigono / itaq; cū non longe ab hierosolymis tetendisset quaestu expletus ipse quidem cum plurima exercitus parte discedit. Silonem uero cum paucis ne furto deprehenderetur si omnes abduxisset reliquit. Antigonus autē sperans iterum parthos sibi adiumento / Silonem interim placabat / ut pēdente spe nihil inquietaret. Iam uero naui ex italia in prolomaidam deuēctus herodes / non parua manu coacta extra neorū atq; gentiliū per Galilaeam aduersus antigonum properabat Ventidii & Silonis fultus auxilio / quibus Delius ab antonio missus ut herodem in regnum adducerent persuasit. Horū autē Ventidius quibusdā turbas in ciuitatibus quae propter parthos euenerant componebat. Silonē uero antigonus in iudaea mercede corruerat. Non tamen herodes opis egebat. In dies enim singulos quo magis iter promouebat / augebantur eius copiae. Praeter paucos enim omnis in Galilaea cōsensit / & propositū habebat primū necessariū Masada ut primū affines suos liberaret / sed impedimento fuit ioppe. Haec enim prius q̄ hostilis esset eximenda uidebatur / ne dū ipse peteret hierosolymā tutamen a tergo aliquod inimicis relinquere. Etia Silo iungit agmina inuenisse gaudens resistendi occasionē / q̄ eū psecuto praemeret iudaeorū. Hos autē herodes paruae manus exculatione perterritos mature in fugā uertit / & Silonē male repugnantē periculo eripit. Deinde capta ioppe suos deliberaturus ad Masada festinabat / cū indigenarū alios amicitia paterna sibi sociaret / alios ipsius gloria / nonnullos utriusq; necessitudo debita beneficiis plurimos tamen spes ut a rege certissimo. Itaq; ualidissimas quasie rat militum copias / & antigonus iter eius impediēbat / loca insidiis oportuna praueuiens / unde nullū aut minimū afferebat hostibus detrimētū. Herodes autē facile receptis ex Masada pignoribus suis & rebus / a castello in hierosolymā perrexit. Cui se tā Silonis milites / quā ceteri de ciuitate iunxerūt / uirū eius timore perculsi. Castris autē positis in occidua regione oppidi / custodes eius partis ipsū sagittis & iaculis impetebant. Ab aliis uero per cuneos excurrentibus primae frontis acies tentabātur. Herodes autē primo circa muros pconaria uoce declarati iussit / populi se bono & ciuitatis aduenisse poena / q̄ a nullo q̄ manifesto inimico repetiturū / sed discordissimis ēt offensae obliuionē daturū. Deinde cū allocutionibus cōtrariis ps antigoni obstaret / quo minus aut pcones exaudiret / aut uolūtātē mutare q̄ spīā posset q̄ reliquū erat suis iperat murorū defensores aduolsci / atq; illi statim sagittis cunctos ex turribus in fugā uerterūt. Ibiq; tūc Silonis detecta corruptio ē. Multis enī militū subornatis q̄ rebus egere se necessariis acclamarēt / pecuniāq; alimētis polcerēt / atq; hyemādī gratia in loca opportuna dimitti. Nā ciuitati pxiā deserta erat. Ita oibus ab antigono ante pūlis & icitabat exercitū & ipse recedere conabatur. Herodes autē nō solū rectores q̄ Siloni parerēt / sed ēt milites ubi essent plurimi cōueniēdo rogabat / ne se destituerēt quē scirēt a Caesare & antonio & senatu deductū i uno die pollicens eos penuria soluere. Deinde hoc praecatus ipse in agros abiit / tantāq; his copiā cōmeatus exhibuit / ut Silonis oēs causatiōes pimeret / simulq; picipiēs ne uel in posterū ministrare desinerēt / accolae Samariae p epistolas admonebat. Nā ciuitas eius se clientellae dederat / ut alimēta & uinū & oleū & pecora in Hierichūta deferrerēt. Haec ubi audiuit antigonus statim q̄ frumētō hostes phiberent atq; insidias q̄bus opprimerent p agros dimittit. Illiq; iussis obediūt / & magna iā manus armatorum sup hierichūta fuerat cōgregata. Discreti autē montibus insidebant / si q̄ exportaret uictui necessaria speculantes. Non tamen herodes ociosus erat / sed decē cohortibus comitatus / quoq; romanorum & quoq; iudaeorū / quibus pmixti erant etiā mercede conducti / ac praeterea paucis equitibus Hierichūta peruenit

ea peruenit / & ciuitatē quidem uacua habitatoribus repperit / quingentos uero cum mulieribus ac familiis montiū occupasse cacumina / & hos qdem capros dimittit. Romani aut in reliquam ciuitatē irruunt eāq; diripuerunt / cū plenas domos offendissent omnigenū conditionū. Rex aut apud Hierichunta praesidio collocato reuersus est. Romanūq; militem in his quae sibi cesserant ciuitatibus hoc est idumaea & Galilaea & Samaria hyematurum dimisit. Antigonus quoq; Silonis corruptione meuit / ut exercitus partē Iyddis susciperet in antigoni gratiā. Et Romani quidem armorū cura soluti rebus omnibus abundabant. Herodes non quiescebat / sed idumaea duobus milibus peditū & quadringentis equitibus / misso et fratre suo iosepho comouit / ne qd noui cū antigono fieret. Ipse aut matre cū aliis quos ex masada liberauerat affinibus suis in Samariā translata / ibiq; tutissime collocata / ut caeterae Galilaeae subueniretq; antigoni praesidiū expelleret proficiscitur. Cūq; semphorim licet uehementissime ningeret peruenisset / facillime ciuitatē capit / custodibus eius ante egressione fugā dilapsis / ibiq; suis militibus quos hyems fatigauerat recreatis. Erat enim magna copia comeatus aduersus latrones in speluncis agentes direxit animū / qui pleraq; illius regionis incurstantes / non minoribus quā belli cladibus afficiebant. Praemissis aut tribus peditū cohortibus unaq; ala equitum in uicū cum arbella / ipse diebus quadraginta post cum reliqua manu supuenit. Nec tamen incursum hostes extrinuerunt / sed armati obuiam procedebant peritia bellatoris fisci & ferocitate latronis. Deniq; filio comisso dextro ipsorū cornu sinistrū herodis in fugā pellitur. Ille aut de suo dextro circūgressus uelociter subuenit / & suos quidē a fuga retrahit. Irruendo aut in hostes impetū persequentium refrenabat donec a frōre pugnatīs uolētiae cōcesserūt / qm̄ eos usq; ad iordanē cādēdo psequeretur / & magna fugientium parte perempta. caeteri trans fluuiū disieci sunt / & Galilaea metu est purgata / nisi q; in speluncis latitantes reliquerāt / eorūq; causa diutius ibi morandū fuit. Quāobrem primū laboris fructū militibus rependebat. cl. nūmorū dragmas singulis diuidendo / eorūq; rectoribus multiplicā sumā ad hiberna mittendo. Pherorae aut fratri minimo scripsit / ut & foro uenaliū consuleret / muroq; castellū alexandriū cingeret / quae ab illo curata sunt. Itaq; circū athenas uersabat antonius. Ventidius apud ad bellū cōtra Parthos silonē atq; herodē accersit / mādato eis p epistolas / ut iudae statū ante cōponerēt. Sed herodes libenter ad Ventidiū silonē dimisso / ipse aduersum latrones in speluncis habitantes mouet exercitum. Istae autem speluncae in praeruptis montibus erāt undiq; inaccessibleē trāuersosq; tantum ac per angustos ascensus habebāt / saxūq; ab earum fronte usq; ad fauces altissimas pertinebat / rectum uallibus imminēs / ut aliquādiu qdem rex incertus esset pro loci difficultate quid ageret. Postremo autem munimine uteretur satis incauto. Etenim ualentissimus quisq; dimissis arcibus exponebatur in hostia speluncarum. Hiq; cum familiis eos mactabant / ignemq; repugnātib; iniiciebāt. Cūq; aliquos ex his cōseruare uellet Herodes / ut ad se accederent noce praconis edixit. Sed illorū neq; uoluntarie se quisquam ei tradidit. Sed quos uis cogerat / multi eorum mortem captiuitati praetulerunt. Vbi etiam senior quidam septem filiorum pater orantes cum matre pueros ut egredi sibi ad foedera pmitteret occidit / hoc modo iussit singulis exire / ipse ad hostium stabat / & prodeuntem quemq; filiorum trucidabat. Herodes autem e spelunca haec prospiciens / & dolore conficiebatur / & ut filiis parceret / seni dexteram cū praecibus porrigebat. Ille autem dictis eius nequaquam minor factus / insuper uelut humilis animi contempsit herodem. Et post filios occidit uxorem / deiecitq; de super mortuis postremo semetipsam precipitem misit. Speluncis & qui in his erant ira subactis. Herodes relicta exercitus parte quantum ne quis rebellare tentaret satis esse arbitratur / eiq; Ptolemæo praeposito in Samariā rediit / armatorum qdem tria milia / sexcentos uero egtes in Antigonum ducens. Tūcq; propter eius abesse summae nocti licentiam qbus Galilaeam turbare mos erat. Ptolemæum uero militum rectorē aggressi nec opinantem interficiunt. Agros autem uastabant in paludes atq; in abditissima loca refugientes. Quibus cognitis herodes mature succurrit / & magnam quidem multitudinem morte consumit. Omnibus autem castellis obediēte liberatis huius mutationis causa multam exigit a ciuitatibus centum talenta. Iam uero parthis expulsis occiso etiam pacoro Ventidius antonī litteris monitus egit mille auxilia duarūq; cohortū aduersus antigonū mittit herodi. Eorū autem ducentem Machæram ut se adiutum ueniret / per epistolas rogauit antigonus / & de uita herodis multa conquestus / & pecuniam dare pollicitus. Sed Ventidius nec enim a quo missus erat negligendum putabat cum praesertim plura daret herodes proditiōne quidem ei non paruit simulata uero amicitia res antigoni exploratum perrexit non admissio herodis consilio dissuadentis id fieri. Antigonus autem quia praesentis quid cogitaret ciuitatem ei clausit / & tanquam hostem ex moenibus uel cisciebatur. Donec Machæram incepti pudit / & in amathunta ad herodem recessit. Iratus aut quod res aliter cesserat quoscūq; iudeos offendisset interficiebat / nec uel herodianis parceret / sed antigonis uicinis omnibus abuebatur. Haec cum agere ferret herodes in Machæram quidem uindicare uoluit / tanquam in hostem iracundiam uero repraesent / & ad antonium appropinquabat / apud eum accusatus / res Machærae iniquitatem. Ille autē delicta sua reputans uelociter regem consequitur / utq; in gratia

secum valeat multis praeiis efficere. Neq; tamen herodes a proposito reuocatus quominus ad Antonium pergeret. Sed cum audisset eum magnis viribus oppugnare Samosatam iuxta Bosraten ualidissimam emitarē acius festinabat. Opportunum hoc ipse esse prospiciens demonstrandae uirtutis & ut magis magisq; placeret antonio. Deniq; mox ut ad eum uenit finē derulit obsidioni multis barbaris interfectis. Magnaq; fide parte destinata ut antonius qdem quāquā eius uirtutē ante mirabatur tamen ē tunc magis eandē opinionē haberet multumq; ad honores eius spēs regni adderet antiochus uero tradere Samosata cogeretur. Dū hāc agerent res herodis i iudaea fractae sunt. Reliquerat enim iosephū fratrem qui omnia procuraret cū mandatis hmoi ut ne qd ante reuersionem suā aduersus antigonum cōmoueret quia nō firmū esset auxiliū Machabae quantū delictis superioribus probaretur. Verum iosephus ubi fratrem procul abesse cognouit immemor praeceptorū Hierichunta cū quib; cohortibus a Machabae secum missis petit ut maturo messium tpe frumenta diripiat. In cursu autē hostiū per montana atq; aspera loca oppressus & ipse cadit magnā uiri fortis in ea pugna gloriā cōsecutus & omnes romani milites pereūt. Decem enim lectae de Syria cohortes erant nec ueterū militū quēquam permixtum habebant qui belli posset ex operibus opitulari. Antigonus autē uictoria minime contentus sed eo processit iracūdiā ut mortuū quoq; iosephū uerberaret. Deniq; nactus corpora mortuorū etiam caput eius ante abscidit quā. l. talenta Pheroras frater eius p̄cium redemptionis offerret tāta uero nouitas post antigoni uictoriā Galilae res occupauit ut qui p̄tib; eius magis fauerent p̄ductos optimates Herodis studiosos lacu summergerēt multaq; in idemata mutarentur ubi Machabae castelli cuiusdam instaurabat moenia cuius nomen est Githa nec horum qdem quicquam Herodes audierat captis enī samosatis antonius & praeposito Syriae Sossio iussu quoq; ut herodem aduersus antigonū adiuuaret discessit in aegyptum. Sossius autē duabus cohortibus in iudaeam praemissis quarū herodes uteretur auxilio ipse cū cetera manu militū sequebatur. Herodi autē prope degenti apud Daphnē antiochiaē mortē fratris somnia manifesta significant. Cūq; turbatus profuississet stratis ecce nūti cladis intrabāt quare p̄ dolore paululum quāstus maxima pte luctus delata i hostes properabat ultra uires iter accelerās. Et ubi ad Libanum uenit octingentos montis accolae adsumit auxilio nāq; his iungit Romanorū cohortem. Cū qbus non expectata luce in Galilae ingressus est hostesq; obuios in eū quē reliquerant locū auertit & assidue qdem castellū oppugnare tentabat. Sed priusquā id caperet asperima hyeme coactus in uicos proximos recepit exercitū. Paucis autem diebus post auctus ē alterius p̄sidio cohortis quā antonius miserat tanto hostibus terrori fuit ut castellum nocte desererent. Iamq; per Hierichunta properans ibat ut quāprimū interfectores fratris sui posset ulcisci. Vbi ē mirabilis ei monstroq; similis casus euenit. Vnde praeter spem liberatus & opinionē q deo carus esset adeptus est. Nā cū multi honorati uespera illa coenauissent postquā dī misso conuiuio omnes egressi sunt confestim coenaculum concidit. Id autē cōmune sibi tam periculum quā salutis idicium quantū ad futurum bellū pertineret esse coniiciens mane primo castra commouet hostiūq; sex milia circiter de montibus decurrētes prima tentabant agmina & manū qdem cum romanis conferere non satis fidebant. Lapidibus autē ac telis eos dummodo plurimos lauciarēt eminus apperebant. Vbi herodes quoq; ipse praeteriēs latus iaculo uulneratur. Antigonus autem se non solū audacia suorum sed etiam multitudine superiore uideri cupiens Pappum quēdam ex cōtubernalibus suis cum manu militum in Samariam mittit. Quibus qdem machabae erat palma uictoriae. Herodes uero terram peruagatur hostilem & municipia capit. Duoq; habitatorum milia cōsumit. Exustisq; domibus ad exercitum redit circa uicū qui appellatur Cana tendentem. In dies autem singulos magna ei multitudo iudeorum uel ex ipsa hierichunte uel ex aliis regionibus accedebat. Cum hos odium moueret antigoni alios ipsius herodis praecleara facinora. Enim uero multos ratione carentes mutationis cupiditas impellebat. Hoc autem congregi festinante pappi milites neq; multitudine hostium neq; impetu perterriti acriter ad pugnam ex altera parte procedunt. Sed ubi agmina conflixerunt ceteri qdem paulisper restiterunt. Herodes autem fraternae caris recordatione periculosius dimicans dūmodo ulcisceretur auctores aduersam aciem facillime superat. Deinde semper integros aggrediendo uniuersos in fugam uertit. Erat enī plurima occumbentiū strages cum alii qdem in uicū unde uenerant compellerentur. Nouissimus autem ipse instaret atq; ignitos occideret. Postremo ruens iter fugientes hostes in ciuitatem incidit cum omnes quidem armatorum domus essent refertae plenaque propugnatorum desuper tecta & quoniam foris deprāhēos facillime superabat disturbando aedes intus abditos extrahebat alios conuulsis obrutos fastigiis multos si mul necabat. Siquis autem subterfugisset ruinam cum gladiis armati milites excipiebant. Tantaq; cadauerum per omnes uias multitudo congregata est ut etiam uictoribus ipsis transitus obstrueretur. Hanc plagam hostes adeo non tulerunt ut confluentium turba conspectis q in uico perissent fuga discederēt. Statimq; successu fretus herodes ad hierosolymā prexisset nisi eum hyemis asperitas prohibuisset. Hāc enī p̄ficiēda uictoriae fuit impedimentū & ne penitus opprimeret. Antigonus ob-

siste

stirrit/qui ciuitatem iam deserere cogitabat. Herodes autem ad uesperam cum lassos amicos reficiens di corporis gratia dimississet/ipse adhuc ab armis callidus/more militis lauatū ibat. Siquidem unus tantū puer cum sequebatur. Et priusquam in balneum perueniret obuius ei quidam ex hostibus gladio armatus excurrit. Deinde alter & tertius & plures. Hi confugerant armati ex acie in balneū sed perculsi etiam tū meru/ac latitantes ut regem uiderūt. illum quidem stupore debilitati ac tremētes/ cum inermis esset preerunt. Exitus uero qua fugerant cursu patebant. Itaq; cū alius casu q eos cōpræ henderet nullus adesset. Herodi aut nihil patifatis fuisset oēs effugiunt. Postero autem die pappū q/ dem antigoni militum ducē abscisso capite obtruncat. Id Pheroræ magistro exercitus fratri suo mit tit/ in perēpti fratris ultionem. Nāq; pappus erat q Iosephū interfecerat. Vbi aut rigor hyemis cessit in hierosolymā profectus est/ murisq; ad moto milite annus aut tertius agebatur ex quo Romæ rex fuerat/ declaratus/ pro templo castra posuit/ qua facilius erat expugnatio & antea pompeius coepe rat ciuitatē. Exercitu aut in opera distributo suburbanis diuisis tres quidē lenare aggeres/ & se p eos torres adificare iubet. Relictis aut q operibus instarent efficacissimis amicorū / ipse in Samariā uadit uxorem accepturus alexandri filiū aristobuli filiā sibi desponsatam/ ut diximus/ & domū obsidet qui subcisiua opa nuptias curaturus quippe iam hostem despiciebat. Igitur ubi eam duxit ad hiero solymā rediit auctus militū copiis eiꝯ Sossius cū magna manu equitū peditūq; sociatū/ quæ medi/ terraneo itinere pmissa per Phœnicem ipse remeant. Vniuerso aut exercitu congregato ad peditū legiones undecim equitumq; sex milia pter auxilia Syriorū nō pro minima parte ducenda prope a septrionali muro castra collocarunt. Ipse qdem herodes senatusconsulto fretus quibus rex fuerat declaratus. Sossius uero antonio a quo milites quibus pferat sciret missos Herodis auxilio. Iudæorū autem intra ciuitatem agentū populū uarie turbatus erat. Nam circa templum infirmior multitudo cōueniens furore agebatur multaꝯ ueluti diuinitus de temporibus dictitabat. & qui audaciores essent in collegio cōglobati multis modis latrocinabātur/ maxime & locis oppido proximis uisui necessaria diripientes neq; aut equis aut uiris alimenta relinquebant. Bellatoꝯ autem constantiores obsidentibus oppositi e muris opus aggerum prohibebant/ & contra instrumēta oppugnantū sem per nouum aliquod obstaculum moliebantur. In nulla aut re sicut in cuniculis superabant. Rex aut aduersus latrocinia qdem occultas ex cogitauit militū insidias quibus eorū reprimerentur excursus. Inopiam uero alimentorum longinquis transfectionibus adiuuare disposuit/ ac pugnae intenti quā/ uis omnem modū audaciæ supergrederentur/ Romanorū tamen peritia uincebantur. Nihilominus aperte cū his certa morte pposita confligebant. Ex improviso autem Romanis per medios emer/ gentibus in cuniculis priusquā muri aliqua pars dirueretur/ alteram eius uicem muniebant. Prorsus neq; manibus neq; machinis deficiebant/ quoniā usq; ad ultimū repugnare decreuerant. Deniq; tan to exercitu circūsedente p qnq; menses obsidium tolerauerunt/ donec quidam ex his quos lectos ha bebat herodes ausi murum transgredi ciuitatem irrupere/ & post eos Sossii centuriones. Igitur ante oīa fano proxima capiebantur/ & infuso exercitu plurima ubiq; mors erat/ Romanis quidē pp ob/ sidionis moras iratis. Herodes uero manu iudaica summo itenta studio/ ne quis penitus ex aduersa/ riis resideret. Maetabatur at quāplurimū/ & per angustiores uicos oppidi/ & in domos cōpulsi/ uel si ad templum etiā confugissent/ nec ulla erat aut senectutis aut muliebris infirmitatis miseratio. Deniq; licet Rex ubiq; dimicans rogaret ut parcerent/ nemo tamen dexteram continuit/ sed ueluti furen tes omnē psequiebantur ætatē. Ibi tūc etiā antigonus/ neq; priorē neq; p̄sentē fortunā cogitans domo descendit/ & ad pedes Sossii p̄sternit. Ille aut nihil eū tantæ mutationis causa miseratus/ & intēperā/ ter p̄derisit/ & antigonā appellauit/ neq; tñ etiā custodia liberū dimisit ut foeminā. Itaq; ille quidē uin/ ctus asseruabatur. Herodes aut quoniā hostes uicisset/ ut externa quoq; auxilia sub iugū mitteret pro uidebat. Visendi enī templi sanctorumq; eius studio oīs multitudo peregrina fuerat icitata. Ob eāq; rem hos minis alios p̄cibus nonnullos armis etiā refrenabat/ acerbiorē q si uictus fuisset existimās fore uictoriā si quod uideri nephas esset/ culpa sua uisum fuisset. Mox aut etiā rapinas in ciuitate p/ hibuit. multa inectus in Sossium. si uacuefacto uiris & pecuniis oppido Romani regem solitudinis reliquissent/ qui pro tanta ciuiū cæde totius orbis terræ imperiū uile p̄cium indicaret. Illo aut in stum esse dicente/ ut pro labore obsidionis p̄darum licentiam milites haberent/ ipse de suis facul/ tatibus mercedem singulis distributurū esse firmavit. Atq; ita redemptis patriæ reliquiis promissa complenit. nanq; militū quēq; liberaliter & pro merito duces ipsūq; Sossium regia largitate dona uit/ ut nemo egens pecuniis abiret. Post hæc Sossius aurea corona deo dedicata ex hierosolymis re/ meant/ antonio uinctum antigonum ducens. Et illum quidem uana spe cupidam usq; ad ultimū diem ignauia digna securis excepit. Rex autem Herodes discreta multitudine ciuitatis/ suarum quī dem partium studiosos quo magis beniuolos faceret sibi honorifice tractabat. Antigonianos autem neci tradebat. Et cum pecuniæ defecissent. quicquid ornamentorū haberet diuissum. Antonio eiꝯq; comitibus misit. Non tamen omnino ne quid paterec̄ ademit. lam enim antonius Cleopatraz amo/

re corruptus/in omni re cupidini cesserat.

Cleopatra indignata q̄ propinquus nullus ex sanguinitate esset/ad extraneos occupandos se cōuertit/moliebatur ut Herodes & Malichus interirent per antoniū qui noluit/insidiis periclitatur Herodes/ex hoc recreati arabes pugnam repetunt/fugant militem Herodis/ulciscūtur arabes/interim alia calamitas occurrit herodi scilicet terremotus infiniti ut triginta milia hominū interirent/incitatur hoc magis Arabes/herodes hortatur suos ad resistendum facto sacrificio congregitur & potitur victoria/desideratur patronus illius gentis/adiit Cæsarem Herodes conquerens de antonio/Herodē regem instituit & diadema imposuit in ægyptum proficiscitur Cæsar/& mortua Cleopatra & antonio regnum auxit herodi/procurator syriæ instituitur construit templa & multa in honorem Cæsaris fecit & agrippæ/oritur discordia inter uxores Herodis/ira concitatus Mariannem fecit occidere quem ualde poenituit/irati filii ob matris mortem criminantur apud Cæsare. antipater interim succedit in regnum/curat mortem fratrum ex parte Mariannes/conciliat filios Cæsar patri non cessat antipater dolis & simulationibus fratres criminari consilio noueræ illorum illis nescientibus/alexander corrumpit amicos regis/intruditur in carcerem/reconciliat archelaus alexandrum herodes/Eurichides accusat alexandrum/uinciuntur filii & separatim custodiuntur. Mittit herodes litteras cum iudiciis ad Cæsarem.Saturninus & Volumnius fiunt iudices/offocantur tandem iussu Herodis poenitet Herodem mortis filiorum & nepotes amplectitur/& antipater irascitur patri herodi/orat antipater ab herode ut totam reuertatur/conuenit herodes antipatrum/priatur regno & nomine regio/incendantur uini sophistæ & qui aquilam demiserunt ex muro.iubet multos ex iudæis occidere feruntur litteræ a Cæsare de damnatione antipatri occidit antipatrum herodes/moriē herodes legitur testamentum de institutione archelai regis/fiunt exequiæ cum maximo apparatu ab archelao sepelitur in castello quod herodion dicitur.

Cap. XXVII.



Tenim Cleopatra ubi totam cognationem suā senitua persecuta est ut neq̄ propinquus ei sanguine superesset/cædis rabiem contulit in extraneos/Syriorumq̄ optimates apud antonium criminādo suadebat interfici/ut eo modo eorūq̄ possessiones dominio suo facile quæreret. Postea uero q̄ in iudæos atq̄ arabas usq̄ extēdit auaritiā ut reges eorum herodes & Malichus interirent occulte moliebatur. Deniq̄ cū uel in parte præceptoq̄ respiciisset antonius occidere quidem bonos uiros tantosq̄ reges iniustum esse dixit q̄ autem his morte propius erat/inter amicos ultra non habuit/sed multa terra & horum præcisa finibus & quod erat in Hierichunte palmerū quo balsamū gignitur ciuitates præter Tyrum & Sidonē cunctas intra flumen Eleutherum ipsi dedit. Quorū potita dominio ad Eufratē usq̄ parthis bellū inferentem/secuta antoniū per Apamiā & Damascū in iudæā uenit. Atq̄ hic herodes licet magnis muneribus iñsensum eius animū mitigasset. tamen ducentis talentis annuis abscissas regno suo possessiones impetrat sibi locari. Ipsamq̄ omnibus obsequiis placans/in Pelusiū usq̄ duxit. Nec multū interea tēpus & antigonus ex parthis aderat. captiuumq̄ artabazen Tigranis filium dono Cleopatræ ducebat. Nam cum pecuniis omniq̄ præda Parthus illi statim condonatus est. Concitato autē bello actiaco herodes quidē cū antonio proficisci paratus erat. Et aliis p̄ iudæā turbis liberatus/& hyrcāio potitus quē uicū antigoni soror tenebat. Verumtamen Cleopatra callide ne periculorū antigoni particeps fieret. iterclusus est. Regibus enim ut diximus insidias tendens bellum in arabas ut herodi committeret persuadet antonio. Quos si uicisset/arabiæ domina. sin autē uictus esset/iudææ domina cōstitueret/alterūq̄ potentatū per alterū destrueret. Sed hæc eius uoluntas ad herodis cessit arbitriū. Nāq̄ primū pignoribus hostiū captis maximum quem conflauerat equitatum/circa Diopolim in eos immittit. & quānis fortiter resistentes superauit. Cum autem iam uicti essent maiore motu arabes suscitantur/& in finita manus in uicū Syriæ Coeles canatha congregata expectabat iudæos. Vbi rex eos herodes cum exercitu aggressus/bellum consultius administrare tentabat/castraq̄ muro cingi præcipiebat. Non tamen ei paruit multitudo/sed priore uictoria freti arabas impetunt. Et prima cōtione in fugam uersos urgebant. In persecutione uero insidiis periclitatur Herodes. uici Canathon indigenis ab athenione dimissis/qui ex Cleopatræ ducibus semper ei fuerat inimicus. Nāq̄ horū incurſu recreati arabes pugna repetunt. iunctisq̄ agminibus circa saxosa loca & denia herodis militem fugāt/plurimis cæde prostratis. Qui uero ex prælio seruati sunt/in uicū Ormiza confugiunt. Vbi etiam castra eorum cum hominibus circūgressi arabes sicut erant plena cœperūt. Neq̄ multo post accepta clade herodes aderat cū auxiliis serius q̄ usus poposcit. Huius ei uulneris causa fuit præpositorū militibus contumacia/q̄ iussis obedire noluerint. Non enī repentino commissio prælio ullum athenion insidiandi tempus habuisset. Rursus tamen ultus est arabas/assiduīs eorum fines incurſionibus inquietans/quodq̄ semel uictus est sæpe reuocauit. Sed dum inimicos persequitur/icurrit ei diuinitus alia calamitas/septio regni anno & actiaco bello feruente. Nāq̄ ueris initio terramota infinita qdē pecore triginta uero hominū milia peremit/cū exercitus mālisset incolumis/quoniā sub diuo tēdebat/ ibiq̄ tamen

tamen arabas in maiorem ferociam fama sustulit: tristibus nuntiis grauius semper aliquid affligens. Vnde uelut omni subuersa iudæa terræ obtinendæ spe quia neminem superesse credebant in eâ ruūt legatis prius interfectis qui ad se uenerant a iudæis. Herodes autem aduentu hostium perterritus suorum multitudinē tamq̃ magnitudinē quam assiduitate calamitatum fractam ad repugnandū in ciuitate tentabat. Hæc dicens. Ratioem habere non uidetur: cur uos præsens formido perculerit. Nam diuinæ quidem indignationis plagas mœrori uobis esse nō miror. Ignauam est autem perperam idem cum incursum hominum impellendi sunt. Ego autem tantum estimo ut hostes post terremotum perterritam quod magis putauerim deum hanc illis illecebram dimisisse ut poenas redderent. Nō enī tantū manu armisq̃ freti quantum nostris calamitatibus ueniūt. Fallax autē spes est quæ non suis uiribus nititur: sed alienis aduersis. Neq̃ uero uel secundæ res uel contrariæ apud homines certæ sunt: sed in utraq̃ partem uideas fortunam mutare uicissim: & exempla uobis propria demonstrabunt. Nam per prælia superiora uictores post ab hostibus uicti sumus & nunc ego quantum existimarer si ceteri illi capientur uictores se fore credentes. Nimis enī confidens incautus est: metus autem prouidentiam docet. Itaq̃ mihi quidem hoc ipsum quod rimetis fiducia suggerit. Nam cum ferociiores quam opus erat factis: & præter uoluntatem meam in hostes egressi estis athenion insidiandi tempus inuenit. Nunc autem uestra cunctatio & minus alacer animus, ut uidetur certam mihi uictoriam spondet. Conuenit autē ante prælium sic esse affectos in ipso aut opere uirtutē erigere: cōsceleratisq̃ hostibus planum facere q̃ neq̃ humanum aliquid malum: neq̃ ira cælestis unquā deprimat fortitudinem iudæorū: donec spiritum uitæ ducā uel eorū quisquam in bonis suis arabas dominari patietur: quos aliquoties pene captiuos abstulit. Nihil autem uos terreat rerum anima carentiū metus: neq̃ arbitrentur terræ cōcussionem alicuius fortunæ esse uel cladis portentum. Naturalia namq̃ sunt elementorum quoq̃ uitia: nullumq̃ damnum inferūt nisi quod ex ipsis euenerit. Nam pestilentia qd̃ in uel famis uel terremotus signū aliquid tardius fortasse præcesserit. Ipsa uero cum extiterint sui magnitudinē finiuntur. Cæterum quod uobis amplius q̃ terræ cōcussio bellum nocere poterit etiā uictis: imo enim uero maximum imminētis exitii monstrū non sponte sua neq̃ alienis manibus inimicis accedit: q̃ legatos nostros p̃ter omniū hominū legis crudeliter imolauerūt: talesq̃ deo p̃ belli cūctū hostias ceciderūt. Non enī effugiant maximum eius lumen inuictamq̃ dexteram: sed cōtinuo poenas dabunt si primo repleti spiritu in uindictam uolati foederis animos excitemos. Pergite quisq̃ non pro coniugibus neq̃ pro liberis aut pro patriæ periculis pugnaturi: sed legatorū cædis ultiores. Illi melius q̃ nos qui uicimus exercitū regens uobisq̃ mihi obedientibus periclitabor ipse præ cæteris. Pro cetero enim sciat fortitudinem uestrā sustinere nō posse nisi remeritate lædatur. His adhorrtatus milites ubi eos alacres uidit sacra deo celebrauit. Deinde cū exercitū iordanem flumiū transgressus est. Cæsar autem philadelphæ positus haud procul ab hostibus quasi de interiacente castello cōtenderet: pugnam eminus irritabat: quamprimū cupiens congredi. Nam & hostes permiserant qui castellum occuparent. Sed illos quidem regii facile repulerunt collemq̃ tennerunt. Ipse uero quotidie producit ad prælium milite instructaq̃ acie arabas lacebatur. Cum autem nemo contra procederet: quædam enim eos uehementis formido tenebat: & ante multitudinē dux Elthemus timore obriguerat: uallum eorū disturbat ipse aggressus: eorū modo coacti ad pugnam confusis ordinibus mixteq̃ cū perditibus equites egrediuntur: & si multitudine superiores a iudæis tamen alacritate impares quasi audaciores eos faceret uictoriæ desperatio. Et quādiū qdem steterunt nō magna eorū cades facta est. Vbi uero terga nudauerunt multi a iudæis: multi a semetipsis cōculcati perierunt. Deniq̃ milia quinque in fuga ceciderunt: cæteraq̃ multitudo in uallum compulsa est: eosq̃ statim circumsēptos obsidebat herodes. Et licet armis prope adesset excidiū tamen aquæ penuria uehementer urgebat. Cū rex arrogantius eorū legatos despiceret & talenta quingenta pro redemptione offerentibus magis instaret. Deniq̃ ardescēte siti cæteruatim exentes ultro se iudæis tradebant adeo ut quinque diebus quatuor milia uincirentur: sexto reliqua multitudo ad pugnam desperata salute procederet. Quibus cōgressus herodes iterū septē milia circiter sternit: tam magna plaga ultus arabiam extincto uiroꝝ eius spiritu tantum profecit: ut etiā patronus ab ea gente oparetur. Mox autē illum excepit præsumpta rerum sollicitudo: propter amicitia antonii post uictoria Cæsaris apud actium. Verumtamen plus timoris habebat quam ipse patiebatur. Nec enim cæsar uictum iudicabat antonium: donec herodes cum eo superesset. Itaq̃ rex periculis decreuit occurrere Rhodumq̃ transmissus ubi Cæsar eo tempore morebatur: adit eū sine diademate: ueste qdem cultuq̃ priuato: sed fastu regio: neq̃ dissimulata ueritate coram hæc dixit. Ego cæsar Rex factus ab antonio fateor utilem me fuisse regem antonio. Neq̃ dubitauerim dicere q̃ omnimodo armis quoq̃ me gratū expertus esset: nisi arabes prohibuissent. Verumtamen & auxilia ei pro uiribus meis misit: & multa frumenti milia: sed nec accepta apud actium plaga bene de me merisim deserui. Nam cum auxilii minus commodarem optimum ei cōsiliū unam esse dicens Cleopatraz mortem aduersorum correptionē. Quā si occidisset: & pecunias

ei & muros ad tuitionem & exercitum & memetipsum belli contra te socium pollicebat. Sed profecto eius aures cleopatraz amores & deus qui tibi uictoriam donaret obstruxit. Vna ergo cum antonio uictus sum & regni coronam cum eius fortuna deposui. Ad te autem ueni/spem salutis de uirtute presumens & ne in examen adducerer properans/qualis amicus alicuius fuerim. Ad hæc Cæsar/ immo uero saluus esto inquit/ & nunc regnato certius. Nam meritis es qui plurimos regas/ cum amicitiam tanta fide tuearis. Experire autem ut etiam foelicioribus fidus permaneat. Siquidem ego præclarissimam spem de tua magnanimitate mihi promitto. Recte tamen fecit antonius/ qui magis cleopatraz quam tibi paruit. Te namque lucrati sumus propter eius dementiam/ Prior ab officiis autem coepisti quantum appareat/ cum ad me uentidius te illi idonea auxilia misisse scribat. Quare interim tibi de creto firmitatem regni præbeo. Experiat autem ipse quoque bene tibi aliquid facere/ ut non quæras antonium/ huius sermonis humanitate regem ne quid penitus de amicitia sua dubitaret hortatus & diademata illi imposuit/ & indulgentiam decreto consignat. In quo multa honorifice in eius laudem locutus est. Ille autem prius eum muneribus delinitum rogabat/ ut alexandrum quendam supplicem ex amicis antonii iuberet absolui. Sed uicit iracundia Cæsar multa illum & grauiapro quo rogabatur admisisse dicentis quibus rebus repulit depræcantem. Postea uero ad ægyptum eunt per Syriam Cæsarem Herodes cunctis acceptis regni diuitiis/ tuncque primum cum eo militem inspiciente/ circa ptolomaida æquo uectus est/ coenamque illi cum omnibus amicis exhibuit/ atque insuper exercitui epulis cuncta distribuit. Prospexit enim ut per arida loca proficiscentibus ad Pelusium atque inde redeuntibus aquarum copia non deesset. Nec defuit quicquam utensilium quod desideraret exercitus. Pro his denique meritis paruum esse Herodis regnum tam Cæsar quam milites aestimabant. Ideoque postquam uenit in ægyptum iam Cleopatra & antonio mortuis/ non solum ceteros eius honores auxit/ uerum etiam regno patrem finium addidit/ quæ cleopatra deperat. Et præterea Gadaram Hippon Samariam/ maritimarumque insuper ciuitatem Gazam & anthedonam/ & ioppen & turrim Stratonis/ & ad hæc satellites quadringentos Galathas ei donauit/ quos antea Cleopatra stipatores habebat. Nulla res autem magis liberalitatem Cæsar incitauit quæ magnus animus accipientis. Post primam uero actiadem etiam regionem quæ Tracon uocatur eius ditioni subdidit/ eique continentem Bataniam/ itemque auranitidem. Ex huiusmodi causa Zenodorus qui domus Lysaniæ conductor erat non cessauit unquam ex regione que Tracon dicitur/ latrones damascenis imittere. Illi autem ad Varronem tunc rectorem Syriæ confugerunt/ eumque depræcati sunt/ quo suas misérias Cæsari declararet. Cæsar autem his cognitis ei rescripserat/ ut latrocinium penitus curaret extinguere. Varro autem cum milite aggressus loca suspecta expurgauit/ latronibus terram ipsam Zenodoro abstulit. Quæ Cæsar ne latronum denuo contra Damascum receptaculum fieret/ herodi dedit/ eumque præterea totius Syriæ procuratorem constituit. Et decimo anno reuersus iterum in prouinciam/ ne quid eo inconsulto procuratoribus liceret administrare præcepit/ ac Zenodoro mortuo terram omnem quæ inter Traconem & Galilæam erat eidem attribuit. Quod autem maius his omnibus existimabat Herodes a Cæsare quidam post agrippam amabatur/ ab agrippa autem post cæsarem. Hinc ad summum foelicitatis euectus/ & ad maiorem subleuatus animum/ maximam prouidentiam parte obsequio pietatis impendit. Itaque anno regni sui quintodecimo & templum instaurauit/ & duplicem terræ spacium quam fuerat circa templum muro amplexus est/ ingenti sumptu & munificentia singulari. Augmentum erant in ambitu fani magnæ porticus/ eique iunctum a septentrione castellum. Et illas quidem a fundamentis erexit. Hoc autem nulla re minus/ quæ regni sedes esset largis opibus renouatum. Antoniam uocauit in honore antonii. Qui etiam domo sibi regia in superiori parte ciuitatis extructa duas aedes in ea maximas atque pulcherrimas/ quibus ne templum quidem usquam cõferri posset ædificauit/ easque amicorum uocabulis unam Cæsaream/ Agrippiam alteram nominauit. Nec uero solis tectis memoriam eorum & cognomina circumscripsit/ sed in totas etiam ciuitates studium liberalitatis extendit. Nam in samaritica regione oppidum muro pulcherrimo per uiginti stadia circumdatum Sebasten appellauit/ deductis eo sex milibus colonorum terraque secundissima his attributa. Vbi templum quoque maximum inter ædificia collocauit/ & circum id aream trium semis stadiorum Cæsari dedicauit eiusque oppidi habitatoribus præcipua legum beneficia præstitit. Insuper his alterius terræ adiectione donatus a Cæsare aliud templum circa iordanis fontem candido marmore posuit/ qui locus appellatur Pannium. Vbi motus quidam uertex in præcellum editus propter subiecti lateris uallem specus aperit umbrosum/ qua profundæ altitudinis rupes ad immensum liquentis guttæ receptaculum concauatur & stagnantis aquæ copia dimittentibus aliquid donec terram/ inueniat longitudo nulla sufficiat. Foris autem de speluncæ radicibus oriuntur fontes. & ut quidam putant/ hoc est iordanis principium. Sed ueri fidem in posterioribus indicabimus. Quin & apud Hierichanta inter castellum Cyprum & priores domos regias/ meliores alias/ & quæ commodiorem usum præberent aduenientibus fabricatas eorundem amicorum nominibus uocitauit. Prorsus non est idoneus regni locus/ quæ honore Cæsar nudam reliquerit. Postea uero quæ fines suos templis repleuit in prouincia quoque honores suos

nores suos effudit & multis cimitaribus templa quæ Cæsarea uocatur instituit. Cum autem linter maritimas ciuitates uidisset unam uetustate fessam quæ Stratonis Turris uocabatur & pro loci natura magnificentie suæ capacē. Totā eam candidissimo saxo reparatā clarissima regia decorauit. & in ea maximam in natura sui animi magnitudinem demonstrauit. Nā inter Dorā & Iosippen. quarum media ciuitas sita est. Omnis ora maritima adeo fuit importuosa/ut omnes qui ad Aegyptū ex Phoenice nauigarēt in salo fluctuare cogerentur minas Aphrici metuentes. Cuius etiam mediocris aura tantas undarū moles ad scopulos erigit. Ut remeante æstu gurgitis per aliquantū spatium maris ferit as augeatur. Sed rex liberalitate ac sumptibus deuicta natura Piræo maiorem portum fabricauit/ & in eius penetralibus alias nauibus stationes fecit altissimas. Et quāquam omnis ei locus aduersabatur/ tamen ita cum difficultate certauit/ut firmitas quædam structuræ nequaquā mari cederet. Pulchritudo uero tanta esset/quam nulla res ardua præpedisset ornatum. Metitus enim quantum diximus portui spatium per uiginti ulnas in profundum laxa demisit. Quorum plerūq; pedum quinquaginta longitudinis/ & altitudinis nouē/ & latitudinis decem. Nonnulla uero etiam maiora fuerunt. Expleto autem spatio quod unda celabat/ in ducentos pedes murum dilatauit. Ex quibus centū repellēdis erant fluctibus ante constructi unde etiam Procyμία dicebatur. Cæteri autem saxo quo portus cingitur muro subiecti. sunt magnis turribus interpositis/ quarū maxima atq; pulcherrima ex pariete Cæsaris Drusium cognominata est. Crebri autem fornice adducenda quæ portus haberet/ proq; fornicibus/ & circū eos pila saxea & lata quæ naves egrediētes exciperet ambulata. Aditus aut a septentrionali erat. Ventorum enim pro situ loci placidissimus est Boreas. Ad hostium uero statū siue colossi tres utrinq; sulci columinis/ quarum a leua quidē intrātibz stantis solida turris sustinet. Dextra uero duo proceri lapides iuncti/ & partis aduersæ turris magnitudinem superantes. Domus autem portui connexæ candido itidem lapide/ pariq; mensura spatorum ciuitatis uice tendentis in portum. Contra hostium uero portus in colle Cæsaris templum magnitudine simul & pulchritudine præcipuum statuq; in eo Cæsaris siue colossus non minor quam Iouis apud Olympia/ cuius ad exemplar factus Romano autem par & Iunioni quæ argis est. Oppidum autem provincie dedicauit/ rebulq; aduersitatis portū. Cæsaris uero conditoris honorē/ unde ciuitati Cæsariæ nomē imposuit. Quin etiam & cætera opera Forum Theatrum amphitheatrum digna uocabulo collocauit/ & quinquēnāli certamine instituto nomen ei Cæsaris donauit. Primusq; ipse in centesima nonagesima & secunda olympia/ de maxima præmia proposuit/ ut non solum uictores/ sed & proximi & tertii successores eorum regalibus diuitiis potirentur. Anthedona quoq; reparatam/ quam bella subuerterant agrippium uocauit/ nimiaq; beniuolentia nomen amici etiam portæ inscripsit/ quā ipsi in templo ædificauit. Sed nec parentes suos ita quisquā dilexit/ nā & patris monumento optimo regni campo ciuitatem condidit/ fluminū arborumq; ditissimā/ eamq; antipatrida nuncupauit. Et super hierichunta castellum natura tantum & pulchritudine præcipuum muro cinxit/ atq; in honorē matris Cyprium uocauit. Fratrig Phaselo turrim cognomine Hierosolymis dedicauit cuius habitus & in magitudine claritas postea declarabitur. Aliamq; ciuitatem in regione qua de Hierichūte in Boreā itur Phaselū nominauit. Cognatis autem & amicis æternæ gloriæ traditis nec sui quidē fuit immemor. sed castellum cōtra mōtem arabici lateris propugnaculo permunitū de suo nomine Herodium uocauit/ tumulūq; Misteidē qui manu factus stadiorum sexaginta spatio ab hierosolymis aberat/ similiter nominatum munificētius accurauit. Et enim rotundis quidē turribz cacumen eius amplexus est/ ambitum autē cōpleuit ædibus regis liberalissime exornatis/ ut non solum interna membrorū facies clarior esset/ uerū etiā foris parietes ac materie rectaq; largis infusa diuitiis elucerent. Aquam enim plurimā ingenti sumptu ac labore ex longo interuallo induxit/ perq; ducentos gradus marmoris candidissimi fabricauit ascēsum. Erat autem totus collis manufactus & uehementer excelsus. Qui & aliam circū radices eius regiam ac diuersoria quæ sarcinas & amicos recipere possent ædificauit/ ut pro rerum quidem omnium copia ciuitas esse uideretur. Castellum uero domus regalis circumscriptione/ tantis autem constructis ædificiis animi sui magnitudinem in plurimis etiam externis ciuitatibus demonstrauit. Namq; apud Tripolim & Damascum & Prolomaida publicas balneas quæ Gymnasia dicunt. Bybli autē murum/ exedras uero & porticus fora/ quæ & templa Beryti ac Tyri/ necnon & Sidonem apud & Damascum Theatra condidit. Maritimis autem Laodicensibus aquæ ductum/ apud Ascalona uero Nympha siue lacus ornatissimos & balneas. Itemq; perystila tam opera quam magnitudine miranda constituit. Sunt quibus etiam lucos portulq; præbuit. Multæ ciuitates ab eo tanquam regni sociæ agris quoq; donatæ sunt. Ad exhibitionem uero Thermarum aliis redditus annuos ac perpetuos delegauit/ quemadmodum Cois ne quando beneficii gratia deficeret. Ad hæc frumenta cunctis ministrauit/ egentibus/ & misulis Rhodiorum ad instruedam classem pecunias sæpe/ multiq; in locis præbuit/ incelsūq; Pythium in meliorē formā reparauit sumptibus suis. Quid dicam eius in Lycios aut

Sanctos liberalitatem/perg; omnem loniam eorū quæ desiderasset quisque largitiones. Nonne athēnienſes & Lacedæmonii & Nicopolitani & in Myſia Pergamus Herodis ſunt plena donariis. Nōne antiochenſium ſyriæ plateam cum plena cœni eſſet ab omnibus uitaretur per uiginti ſtadia prolixa ſtatuit/polito Marmore declinanduſq; imbribus porticu quam longa eſſet ornauit. Sed hæc quidem propria quis dixerit illorum quibus ea detulit populorum. Quod autem Helidenſibus præſtitit. non ſolum Achaïæ commune/ſed etiam totius orbis terræ munus eſſe uidetur. per quē Olympiaci certaminis gloria diffunditur. Nam cum hos deficere ſumptuū uideret inopia. quodq; ſolū ex ueteri græcia reſtabat effluere/non ſolū agonothera ipſe factus eſt/co luſtro q; cum Romā nauigaret offendit/ſed perpetuos pecuniarū quæſtus inſtituit/ut nunquam eius memoria agonotheræ munere fungi deſineret/inextricabile opus erit debitorum remiſſiones exponere. ſicut Phaleſiras & balneo. Alia quæ circa Ciliciam municipia leuauit annuis penſionibus/ſicet multum eius animi magnitudinem timor fregerit. ne quam pateretur inuidiam ueluti maius aliquid aucupareſ/ſi beneficiis amplioribus afficeret ciuitates/quæq; eas haberent. Quin & corpore uſus ē quod animo conueniret. Cūq; ſummus uenator eſſet/in hoc tamen ipſo equitandi peritia quæ cuperet aſſequebatur. Deniq; uno die quondā quadraginta feras ſubegit. Eſt autē aprorū alerix illa regio/ſed magis cernis & onagri frequentatio. Bellator autē erat qui ſuſtineri non poſſet. Itaque multos etiam in exercitatione terrebat/quibus & torquēdo iaculo directiſſimus/& ſagittarum liberator uidebatur egregius. Præter animi autē corporiſque uirtutem/fortuna quoq; ſecunda uſus eſt. Raro autem contra uotū eius belli ceſſit euētus. Et ſi quando id accidit. non ipſius culpa/ſed aut proditiōe quorundā. aut temeritate militum factum eſt. Ut uero publicā ei ſœlicitatē memores inuidere domeſtici & aduerſi caſus ex muliere coeperūt/quæ maxime diligebat. Nā quia regis meruit poteſtatem/repudiata quā priuatus acceperat uxore ex hie-roſolymis genus ducente quæ Doris uocabatur. Mariannē ſibi conſunxit Alexandri filiā Ariſtobu-li filii/unde domus eius in diſcordiā uenit. Et ante quidē maxime uero poſtquā Roma egreſſus eſt. Nam primū antipatrū ex Doride filiorū cauſa/quos de Marianne ſuſceperat exputie ciuitate ſolis ſe-ſtis diebus eo commendi facultate conceſſa. Deinde autem coniugis Hyrcanum ex parthis ad ſe re-uerſum propter inſidiarū ſuſpitiōē peremit. Quē caprum quidē occupata ſyria Barzaphanes ad-duxerat/miſerati uero gentiles liberauerunt. qui ultra Euphraten colebant. Et ſi monitis eorum par-uiſſet ne ad herodē tranſiret/non interiſſet. Verū mortis eius fuit illecebra neptis matrimoniū. Hoc enim fretus multoq; amplius patriā deſiderans uenit. Herodē autē commouit nō q; regnū affectaret ſed q; ipſi iure deberetur. Quinq; autē filiorū quos ex Marianne ſuſceperat/duæ ſœminæ cæteri ma-ſres erant. Horūq; minimo romæ in ſtudiis mortuo/duos maiores & propter matris nobilitatē & q; iam regnanti ſibi fuiſſent geniti regis pducebat. Sed enim fortior amor his Mariannes ſuffragabat quæ in dies ſingulos proficiens ſuccendebat adeo herodē ut eorū nihil ſentiret/quæ propter dilecti ſibi dolerent. Tantum nanq; in eum Mariannes erat odiū. quantū ipſe illam amabat. Habens igitur ex rebus quidem ipſis inimicitiarum probabiles cauſas ex amore uero fiducia palam ei quæ Hyrcão auo ſuo feciſſet obiciebat/quæque in fratrem Ionathen egiſſet. Nec enim uel huic quicquam qui puer erat parcebat/quē pontificē in decimoſexto ætatis anno creatum poſt honorē ſtatim occidit. Atq; ille quidē cum ſacra ueſte amictus ad aram accēſſiſſet feſto die populus omnis illachrymanit. & ta-men noctu miſſus in Hierichunta ibi ſicut mandatum fuerat lacu ſubmerſus a Galathis interiit. Hæc igitur Herodi Marianne probro dabat. ſororēq; eius & fratrem maledictis atrocioribus dehoneſtabat. Sed ille quidē amore mutus erat. Graui autē indignatione mulier ſæuebat/& quo maxime cōmoue-retur Herodes inſimulabat eum adulterū. Præter alia multa quæ uerifiſimilia fingerentur hæc accuſa-tis/q; in ægyptum imaginē ſuā miſiſſet antonio/proq; immoderata libidine abſentē ſe propeſſet oſtendere uiro mulierū cupidine inſanienti/& qui uim poſſet afferre. Id ueluti fulmen aliquod emiſ-ſum pturbauit Herodē/maxime quidē amoris cauſa æmulatione ſuccenſum. Deinde etiā cogitante Cleopatraz ſæuitiam/ cuius gratia & Lyſanias rex & Malichus arabs erant perempti. Non enim coniugis amiſſionem/ſed morte ſua periculum metiebat. Itaque proſecturas Romam loſippe po Salomæ ſororis ſuæ uiro quem fidum habebat & pro affinitate beniuolum commendabat. uxorem/mandato ei clam ut eā interficeret/ſi etiam ſe occidiſſet antonius. Verū loſippus non maligne/ſed regis amorē mulieri cupiens deſtare/q; ab ea neq; mortuus pateret diuelli/ſecretum ei ſermo nem aperit. Et illa reuerſo Herode multaq; inter fabulas de affectu iurante. quodq; nunquam eſſet al-terius mulieris amore captus ualde inquit amor nos tuus mandatis loſippo comprobatus eſt/qui-bus ut me occideret præcepiſti. His auditis quæ oeculta credebat amens erat herodes illico/nec unq; loſippū mandata ſua proditurum fuiſſe ratus/niſi eam corrupiſſet præ dolore inſaniebat. Cūq; ſtra-tis exiliſſet in regia ſpaciabatur/ubiq; tunc Salomæ ſoror eius accepto tpe criminandi ſuſpitiōē de loſippo confirmauit. Vnde herodes imoderato æmuli dolore furēſ conſeſti utrūq; iuſſit interfici.

Deinde

Deinde poenitendo sequebatur infaniam/ & postquam iracundia conciderat/ amor iterum calcſcebat. Tanta uis autē cupidinis erat/ ut ne mortuā quidem putaret eam/ sed aegritudine quasi uiuā alloqueretur. Donec processu temporis funere cognito moeroris magnitudine quam superstitē dilexerat aquauit affectum. Maternae autem iracundiae succedunt filii/ & immanitatem sceleris reputantes non aliter suspectū patrē quā si hostis esset habebant. Idq; & antea quādiu Romae in studiis erant/ & multo magis postquam in Iudaeā reuerſi sunt. Siquidē cū aetatibus eorū mentiū quoq; roborabatur affectio. Iā uero maturi coniugio uisus amicitiae suae Salomes quae matrē amborū accusauerat filiā duxit/ alter archelai Cappadocū regis. Vnde accessit etiam libertas odio/ & occasiones ex eorū cōfidentia de latonibus datae sūt. Itaq; apertius quidā cū rege loquebatur/ q; ei per utrūq; filiū instruerent insidiae. Alter quidem ultrices materni exitii simul cum fratre armarēt manus. Alter uero hoc est archelai generis socero fretus etiam fugā pararet/ ipsum apud Cæsarem accusatorus herodem. His igitur criminationibus repletus herodes ueluti propugnaculo sibi futurū aduersus filios ad iucit antipatrū ex Dori de susceptū. Hisq; illum proponere modis omnibus coepit. Qui cum hanc mutationē tolerabilē nō putarent/ ac priuata matre editū proficiētē uiderent/ indignationē cohibere pro sua nobilitate non poterant. sed in singulis quibus offenderentur irā prodebant. Et illi quidē in dies singulos magis magisq; negligebantur. Antipater autem sui causa fauorabilis erat/ nā & patri blandiri callide nouerat/ & uarias inter fratres suos calumnias conferebat/ quaedā ipse dictās/ amicos uero suos ad alia uulganda submittebat/ donec omnino spē regni abſcidit fratribus suis. In testamento enim ipse quoq; aperte iam successor fuerat declaratus. Deniq; tanq; rex etiam ad Cæsare missus est/ cultusq; regio & ceteris obsequiis praeter diadema utebatur. Tempore autē sequenti ualuit suā matrē in cubile Mariannes inducere/ duobusq; armorum generibus in fratres usus blāditiis & opinationibus regi obrepsit/ ut etiā de filiorū morte cogitaret. Quia propter alexandrū quidē secum Romā pater abstractum/ ueneni sibi dati rerum apud Cæsarem postulauit. Ille autem uix deplorandi copiā nactus/ & licet imperitissimum iudicem/ tamen Herode & antipatro prudentiorē delicti quidē patris uerecunde repressit/ in se uero delata crimina diluit/ periculorūq; socio fratre purgato/ mox de antipatri calliditate & de suis iniuriis quaesitus est/ cū praeter innocentiae constantiā eloquentia inuaretur. Erat autē acerrimus in dicendo. Postremo prolocutus q; eos pater libenter occideret/ auxit facinus & lachrymas quidē cum ceteris excussit. Verū Cæsarem sic affectit/ ut eorum accusationibus spreto Herodē statim reuocauit in gratiā. Hac autē lege reconciliatio facta est/ ut adoleſcētes quidē patri in omnibus obedirent/ ille autem relinqueret regnū cui uellet. Postea rex Roma reuerſus/ licet soluisse criminibus filios uideret/ nondū tamen erat suspicionibus liberatus/ quoniam argumentū odii sequebatur antipater/ & si uerecundia reconciliatoris palam proferre inimicitias non auderet. Cū uero Ciliciā praeter nauigās Eleusam uenisset suscepit eum benignissime Archelaus/ pro salute generi gratiā referens/ & reintegratae concordiae causa laetus/ quippe nihil moratus amicis Romae scripserat/ ut in causa dicenda suffragarentur Alexandro/ & usq; ad Zephyrum deduxit talentis triginta donatū. Postea uero quam Hierosolymā peruenit Herodes/ populo conuocato tribusq; filiis prope se stantibus causam reddit/ professusq; filios meos reges deligno/ huiusq; sentētia me locū primū dominū fieri praecor/ deinde uos. Nāq; huic aetas illis nobilitas successionē regni cōciliat quidē magnitudo eius etiā pluribus sufficit. Quos autem Cæsar uinxit/ & pater constituit obseruare. Non iniustus eos neq; disparibus/ sed meritis cōlatus honoribus. Nec enim tanta quis reficit cū laticia qui praeter aetatem obsequitur/ quātum ei quē despiciet doloris infligit. Quis autē similes coniunctos esse oporteat/ propinquos atq; amicos eos distribuā/ & concordiae spontores illos constitui/ pro certo sciens seditionē contentionūq; causas ex contubernaliū nasci malitia. Hosq; si boni fuerint affectiones tueri. Rogo autē ut non solū isti/ sed etiam primates ordinū exercitus in me solum spem habeant in praesentia. Non enim regnum/ sed regni honorem filiis meis trado/ & iocunditatem quidem quasi rectores patientur/ pondus autem rerū tamen nō nolum meum est. Consideret autem quisquis uestrum aetatem meam/ uitaeque institutum nec non etiam pietatem. Nam neque senex adeo iam ut de me cito desperetur/ neque uoluptatibus assuetus/ quae adoleſcentium quoque uitam spacio breuiter concludant. Diuinitatem uero ita colimus/ ut in longum nos aetatem progressuros esse credamus. Quod si quis in contemptum meum filiis meis placere maluerit/ etiam pro illis mihi supplicium dabit. Ego enim non q; inuidiam de me genitis honorifice eos haberi uero/ sed q; noui hāc adoleſcentibus studia ferociae nutrimenta suggerere. Itaq; sic cogitent qui ad eos se applicent/ bonis quidem apud me paratum esse praemium/ seditionis uero apud ipsos quibus lenocinabunt/ instructuolam fore malignitatē. Omnes profecto mecū hoc est cum filiis

cum filiis meis sentient. Namq; his expedit me regnante neq; his esse concordem. Vos autem o boni
 filii sacra primū retinentes mente figuram/cuius affectiones inter feras bestias saluæ sunt. Deinde
 Cæsare qui nos reduxit in gratiā neq; tertium qui ea quæ iuberet liceat rogem fratres permanere. Iā
 nunc autem vobis & uestimenta & obsequia dabo regalia. Deumque oro conservare iudicium me
 um si concordēs eritis. Hæc locutus singulos benigne consalutavit/ populūq; dimisit alia conue-
 nientia dictis eius optantes. Qui vero mutationis erant cupidi nec audisse quidē se quicquā simulan-
 tes fratres autem dissensio non reliquit/sed peiora suspicantes alius de alio digressi sunt. Namq; Ale-
 xander & aristobulus ægre ferebant confirmatum esse antipatro meritum. Antipater autē succense-
 bat vel secundo loco fratres haberi. Sed tamen ille pro varietate morum & reticere secreta nouerat
 & quanto sibi essent odio multa fraude celabat. His autē pro nobilitate in lingua erat quicquid uenit
 set in mentē. Et multi quidē his instigandis operam dabant/plures autem amicorum sese explorandi
 causa insinuabant. Itaq; omne quod dictum esset apud Alexandrum statim apud antipatrum erat/&
 ab antipatro ad Herodē cū adiectione deferrebat. Nec uel similiter aliquid prolocutus/adolescens
 innoxius habebatur/sed cuncta eius uerba in crimina uertebantur/maximaq; minimis affingebant/
 sic ubi liberior paulo fuisset. Semper autem qui eum irritarent submittebat antipater/ut mendacia
 sua ueras occasiones haberent/multiq; falso uulgatis unum quid comprobaturū fidem omnibus face-
 ret. Sed huius quidē amicorum quisq; aut natura taciturnus erat/ aut muneribus parabatur/ ne qd
 occultum expromeret negasset aliquis si antipatri uitam malitiæ dixisset arcanum/Alexandri uero
 familiares aut pecunia corruptos aut impulsos blanditiis quibus expugnanit omnia/ proditores ac
 fures eorum quæ contra se dicerentur/ siue agerentur effecerat. Cum cante uniuersa cōmitteret/astu-
 tis etiam criminationibus aditus ad herodē moliebatur/fratrisq; personā gerens aliis de latronibus
 utebatur. Si quid in alexandrum nunciassent fauore simulato id quidem primo reprehendisset/ mox
 otiose adstruēdo regis iracundiā prouocabat/omniaq; ad insidias referebat/ & ut necē patris alexan-
 der optare uideret. Nihil enim maiorem fidem calumniis suggerebat quam si eū purgaret antipater.
 His accensus Herodes quantum in dies singulos de affectu adolescentiū detrahebat/ tantum adieci-
 bat antipatro. In eandē uero partem inclinati sunt etiam qui regno parebant. hi uolentes alii pro im-
 perio sicut Ptolomæus amicorum carissimus/regisq; fratres ac tota pgenies/omnia namq; in antipa-
 tro sita erant/& quod alexandro fuit acerbissimū cuncta in eorū perniciē matris antipatri consilio
 gerebant. Nouerca enim seuior erat/multoque plus q̄ priuignos oderat/ quos regina mater ediderat.
 Sed quanquā omnes ut antipatro magis obsequerent spes inducebat non minus tamen præcepta re-
 gis quenquā ab adolescentibus se parabant/qui carissimis dixerat/ ne quis ad aristobulū uel eius fra-
 trem accederet/ aut se ad eos applicaret/ non solis enim regalibus erat formidini/ uerū etiam externis.
 Nulli enim regū rārum potestatis Cæsar dederat/ ut fugitivos suos quamuis ex ciuitatibus non subie-
 ctis ei liceret educere. Adolescentes autem delata in se facinora/ nesciebant. hisq; propterea capiebantur
 incautius. Nullus enim palā inculabatur a patre/ sed affectu refrigescēte paulatim intelligentes
 dolorē asperius excitabant. Eodē autē modo etiā Pherorā patruū & Salomen amitā contra illos cō-
 mouit antipater assidue/ uelut cū uxore sermocinando/ quibus in eos instigare. Huius autē inimici-
 tiis conspirabat alexandri quoq; uxor Glaphyra multa de sua nobilitate cōmemorans/ cunctarūq;
 se quæ in regno uiderent dominam esse dictitans/ paternum enim genus a Temene/ maternum a Da-
 rio Hystaspis filio ducere/ multūq; ignobilitatem despiciens sororis & uxoris Herodis/ quarū quæque
 propter formā non propter nobilitatem esset electa. Nam multas ei fuisse diximus uxores/ quod li-
 cet & iudæis more primo plures habere/ quodq; rex pluribus oblectaretur. Omnibus igitur propter
 superbiā & contumelias Glaphyræ inuisus erat alexander. Salomen autem aristobulus/ & si socrus
 eius erat/ ipse inimicā sibi reddidit/ & ante quidē propter maledictā Glaphyræ saeuientē & frequen-
 ter ei humilitatē generis obiiciebat uxori quodq; ipse plebeia/ reginā uero frater suus duxisset alexā-
 der/ hoc Salomes filia cū fletu matri nuntiavit. Addebat autem q̄ aliorū quoq; fratrum matres idē ale-
 xander & aristobulus si regnū obtinuissent/ textrices cū ancillis facere minitarent ipsos quoq; uico-
 rum scribas scilicet irridentes q̄ litterarū studiis operā darēt. His cōmota Salomæ q̄ iracundiā cohi-
 bere non posset Herodi cuncta iudicauit. Satis autē idonea uidebant cōtra generū dicens. Et præter
 hæc alia quædam criminatione diuulgata est/ quæ succendit animū regis. Audiuit enim Alexandrū &
 aristobulū crebro matrē implorare/ calūniæq; eius cū gemitu atq; imprecationibus conqueri/ ac sæpe
 illū quædā ex Mariannes uestimentis posterioribus diuidentē cōiugibus minitari solitos esse quod ci-
 to pro regalibus delictis eas factis uestibus induerēt. His de causis Herodes licet p̄stare animū adole-
 scentīū formidaret/ tamen ne sp̄e correptionis eis absunderet/ ad se eos uocauit. Romā enī nauigatu-
 rus erat/ & q̄li rex panca iterminatus pluribus q̄ si pater monuit/ rogauitq; ut fratres diligerēt/ pmissa
 priorū peccatorū uenia si post hæc meliores fierēt. Illi at criminationū inuidiā desp̄cādo fictas eas esse
 dicebant

dicebant/purgationisq; suæ fidē rebus ipsīs posse constare/uerū quoq; ipsum debere omīssa facilitare credēdi aditū maledictis obstruere. Nunquā enim calumniatores desore dū cui psuadeatur exarbit. Cum his eū mature placuissent/qui ut patrē præsenti metu reiecto de post futuris merere cōperūt. Etenim cognouere Salomen sibi esse infensam/ & patrū Pherorā/utriq; autē seui & graues erāt/ sed amplius pheroras qui totius quidē regni præter diadema socius erat/proprios autē redditus habuit .c. talenta totiusq; trans iordanē fructus ipse caperet a fratre sibi dono data. Quin etiā tetrarchā eū fieri beneficio Cæsaris idē Herodes impetrauerat/regaliq; coniugio dignatus erat/sorore uxoris suæ nuptum ei collocatā. Et post illius mortē desponderat ei filiarū suarū maximā. ccc. talentis in dotem datis. Sed regale coniugium pheroras ancillæ amore captus refugerat. Quamobrē iratus Herodes si liam quidē nuptū dedit fratris filio/qui post a parthis occisus est. Mox autē morbo pherore uenia data indignatiōem remisit. De hoc etiā erat opinio q; uina regina herodē opprimere uoluisset ueneno. Sed tunc plurimis delatoribus aditus erat/ut quamuis amantissimus frater esset herodis/ fide tamen eorum quæ audisset adduceretur ad metū. Itaq; de multis qui suspecti erant habita quæstione postremo ad pheroræ amicos uenit/quorū nulla quidē fuit de maleficiis aperta confessio/ sed q; amita suspecta in Parthos cogitasset effugere prodiderūt. Huius autē consilii & fugæ consciū esse Castobarū Salomes maritū cui rex eā tradidit. Postquā superior adulterii causa pemptus est/ sed nec Salomæ criminatione libera manserat. Nā & hanc pheroras accusabat q; cū Sylleo procuratore obedire regi Arabum de nuptiis constituisset quem inimicissimū Herodes haberet/ conuicta autem & in hoc & in omnibus/ quæ phæroras detulerat indulgentiam meruit/ atq; ipsum etiam pheroram criminibus soluit. Domus uero tempestas in alexandrum transit/ totaq; capiti eius incubuit. Tres erant eunuchi regi carissimi/ & ex genere famulatus neminem id larebat. Vni enim minū ministrare fuit cura/ alteri cœnam apponere/ tertius autem dormitum eum collocabat/ & cum ipso cubabat hos muneribus maximis Alexander cupiditati suæ subiecerat. Itaq; postquam regi hæc sunt indicata ui tormentorum coacti & stuprum confessi/ sunt/ & quibus essent ad hoc promissis inducti aperuerunt/ quomodo eos fecisset Alexander nullam in herode spem habendā esse/ improbo sene commemorans/ & qui capillos inficeret/ nisi ob hoc solum ut eum etiam adolescentem putarent/ uerum se coli oportere/ qui etiā inuito eo regni esset futurus successor. Neq; multo post ab inimicis pœnas repeteret/ fortunatosque amicos suos beatosq; faceret ac præ cæteris ipsos. Quin & obsequia potentium Alexandro clam parare/ militumq; rectores. Itemq; ordinū principes occulte ad eum conuenire dixerunt. Hæc herodes adeo pertimuit/ ut non auderet statim delata proferre/ sed exploratores die noctuq; submittebat dicta factiq; singula scrutabatur/ & de quibus suspitio esset illico trucidabat. Itaq; regnum eius acerbissimā iniquitate repletum est. Nam pro suo quisque odio uel inimicitis calūnias fingere multiq; regis iracundiæ cæcis cupida contra aduersarios abutebantur/ & mendacio quidem confestim fides habebatur. Erant autem criminationibus ipsis uelociora supplicia. Deniq; accusabatur qui modo accusauerat/ & cum eo qui ante iustus esset ducebatur ad pœnam. De uita namq; periculum regis quæstiones breuiores cōpendio terminabat. Ad hoc autem sæuitia processerat/ ut nec eorum quemquā humanitus aspiceret/ qui accusati non essent/ uerū etiam amicis immittissimum sese præberet. Itaq; multis etiam regno interdixit/ & in quos potestatem non haberet in eos dictis asperis sæuebat. Accessit malis antipater collectaq; amicorū caterua nullum criminationis genus omisit. Tantis etiam ineptia sua regem commentisq; delatorum timor inuasit/ ut stricto instare sibi gladio uideret Alexandrū. Deniq; subito & ipsum correptum in uincula coniecit/ & in amicorū eius tormenta perrexit/ multi autē taciti moriebantur/ nulla uitæ supra conscientiam proditi. Alii uero quibus mendaciū impatientia doloris extorsit/ de patris eum insidiis cū fratre aristobulo cogitasset dixerunt tempusq; obseruare/ ut illud ueniretur occiso Romam profugerent. His ta/ netis uerisimilia non erāt/ sed necessitate cruciatu ex tempore fingebantur/ libenti tamen animo rex credebat pro consolatione accipiens uincti filii ne id fecisse uideretur iniustus. Verum alexander suspicionē patris nullo modo aboleri posse arbitrabatur/ ultro malis assentiendū putauit ac digestis aduersus inimicos. iiii. libris faretur insidias/ eorūq; se plurimos socios habere proscribit/ ante omnes autē Pherorā & Salomen. Hanc enim etiā stupro sibi quodam esse mixtam/ cū uim noctu adhibuisset inuito. iamq; libri in manibus erant herodis/ multa & graua de optimatibus fere clamantes cū mature in iudæam Archelaus uenit metuens genitorem/ si alac filiz quibus etiam providentissimo consilio succurrat/ regisq; minas arte dissoluit. Mox enim cum eo congressus ubi nam est clamat exitialis gener meus/ aut ubi parricidiale caput aspiciā quod meis manibus ipse lacerabo/ addamq; filiā meā bono marito nouo. Nam & si cōsiliū particeps non est/ quia tamen eiusmodi uiri coniunx fuit inquinata est. Miror autem patientiam tuam cuius pectus agitur q; adhuc uiuit alexander/ ego namq; ita ex Cappadocia properans ueniebam/ ut qui & illam olim reperirem dedisse supplicium/ & de filia quæstionem tecum haberem/ quā uitæ atq; digni facis cōtēplatione illi desponderā. At nūc de utroq; nobis cōsulēdū est/ licet nimium pater sis/ & ad puniendum

puniendū insidiatorē filium minus fortis. Permutemus dexterās & alter alterius iracundiā vicariā
 succedamus. Talibus increpans quamvis pertinacem fallit Herodē. Itaq; quos Alexander p̄scripserat
 libros legendos ei pr̄bet singulisq; capitulis insistens cū eo deliberabat. Vnde occasione sui consilii
 nactus Archelaus paulatim causas in eos qui scriptis cōtinebant & in Pherorā contulit. Cū autē sibi
 credere regē uideret/considerandū est inquit ne forte adolescentulus tot nequissimorū insidiis circum
 ueniat/non tu ab adolescentulo/nec enim apparere cām cur in tantū ruerit scelus qui & nunc regno
 potiret/& successionē regni speraret nisi aliquos haberet huius p̄uasionis auctores qui ad sinistram
 partē lubricū ætatis impellerent. Ab eiusmodi nanq; hoibus non solū adolescentulos falli/uerum
 etiā senes domosq; clarissimas totaq; regna solere subuerti. Cōsentiebat dictis Herodes iramq; pau
 latim remittebat in alexandro/& in Pherorā excitabat. Nanq; hoc erat librorū quattuor argumen
 tum/qui ubi p̄pensiorē esse regis aīnū sensit/& in oībus apud eum amicitia Archelai pr̄ualere/quā
 honeste non possit ex impudētia salutē quæsiuit. Relictaq; alexandro confugit ad archelaum. Et ille
 non inquit uidet quo se pacto eximat tantis criminibus inuolutum/quibus manifeste conuinceretur
 regem insidiis uoluisse decipere omnūq; malorū pr̄sentiū adolescenti cā fuisse/nisi malit omissis æ
 tibus callidis & negandi pertinacia quibus insimularetur oīa confiteri/& a fratre pr̄sertim cū dile
 ctus esset ueniam petere. Nanq; ad hoc ei modis oībus se quoq; opem laturū paruit archelao Pherorā
 ras/atraq; ueste cū lachrymis ut quā miserabilis apparet instructus ad pedes Herodis accessit/sicq;
 meruit ueniā postulans/& se quidē sceleratū esse fatebat. Nanq; oīa quæ sibi obicerent fecisse. Horū
 autē causam esse dicebat diminutionē mentis atq; infaniā ex mulieris amore conceprā. Itaq; postquā
 sterit Pheroras semetipse accusator ac testis tunc eū iam archelaus excusando herodis iracundiā miti
 gabat propriis usus exemplis. Etenim se quoq; a fratre multo grauiora perpeßum. Naturale ius dice
 bat anteposuisse uindictæ quippe in regnis uelut in magnis corporibus semp aliquā partē pōdere ip
 so tumescere/quā recidi quidē non oportet/leuius uero curari. Multa in hunc modū locutus archela
 us. Herodē quidē Pherore placidū reddidit/ipse autē alexandro rādiū manebat iratus filiāq; ab eo di
 stractā secū abducturū esse firmabat/donec Herodē compulit ultro pro adolescentulo deprecari/ut
 iterum ei filiam desponderet. Satis autē cū granitate archelaus cui uellet eā pr̄ter alexandro colloca
 ri p̄misit/maxime enim impendere quæ iura inter se affinitatis inniolata permaneant/regē autē sibi
 filiū ab eo donatū infirmante nisi matrimoniū diremisset q; & liberos iam haberent/uxor quoq; ab
 adolescente di'igere/quæ si remaneret/peccatorū foret obliuio. si uero discederet eā de oībus despe
 randi molliorē nanq; fieri audaciā si domesticis affectionibus distrahat. Vix tandē cessit/unaq; & ip
 se rediit cum adolescente in gratiā & patrē eius reduxit. Proculdubio tamen eū Romā mitti debere
 ait cū Cæsare collocaturū/de oībus enim sese litteras ad eū fecisse. Consiliū quidē archelai quo gene
 rū periculo liberauit peractū erat/& reintegrata gratia in epulis & humanitate conuictus familiari
 ter uersabantur. Abeuntē autē muneribus talentorū septuaginta. solio quoq; aureo gēmis ornato. Et
 eunuchis & cōcubina donat Herodes quæ pannychis uocabat. Itēq; amicorū eius quicq; pro merito
 qui & cognati regis oēs iussu eius Archelao dono dederunt/eūq; tam ipse quā optimates eius antio
 chiā usq; persecuti sunt. Non multo autē post quidā in iudæā uenit archelai consiliis multo potētiore
 qui non solū reconciliationē gratiæ Alexandro quæsitā fecit irritā/uerū etiā causa fuit ut periret. Lar
 co erat genere noīe Eurycles ad regni desiderū amore pecuniæ corruptus. Iam enim luxum eius re
 gia tolerare non poterat. Is amplissimis donis Herodi oblati. uelut eorū quæ aucuparet illecebra/cū
 statim multiplicata recepisset immaculatā liberalitatē nihil esse ducebat nisi regnū sanguine compa
 rasset. Itaq; regē adulatione falsiq; de ipso laudibus & sermonis calliditate circūuenit/matureq; pro
 specto eius ingenio dictis simul & factis ne illi placerent inter primos eius amicos habet. Nā & rex
 & omnes eius comites libenter cinē spartæ patriæ causa præcipuo dignū honore ducebāt. Ille autem
 postq; fragilitatē domus animaduertit/fratrūq; inimicitias & quēadmodū pater in singulos esset aīa
 tus/Antipatri quæ quidē hospitio præuētus erat. Simulata uero amicitia fallebat Alexandrū olim se
 & archelai sociū esse mentitus/quo etiā citius quasi probatus obrepfit. Moxq; ab eo fratri quoq; Ari
 stobulū cōmendatus est. Pertentatis autē personis oībus aliā alio modo subibat. ac primū sic antipatri
 mercenarius & alexandri proditor. illū exprobrando castigans q; cū fratrū sit maximus spei suæ ne
 gligit insidiatores. Alexandrū uero q; regina creatus & regiæ cōiugis uir filiū priuatæ mulieris patere
 tur regno succedere. Pr̄sertim cū habebat magnā occasionē Archelau quæ quidē adolescenti uerā
 fide suadere uidebat q; amicitia simulasset archelai. Vnde nec alexander quicquā metuens/& de ant
 ipatro quæ se mouerent apud eū quærebat. & q; nihil mirū faceret Herodes si cū matrē illorum in
 teremerit. ipsis quoq; regnū auferret. quorū causā Eurycles & misereri eos & dolere pariter simulā
 etiam aristobulum ad ea dicenda pellexit. atq; ita quærelis in patrem utroq; deuicto referens ad ant
 patrum secreto discedit/affictio insidiarū quoq; mendacio quas ei fratres firmasse parabat/ac pene iā
 strictis gladiis in eum irruere. Ob hoc autem multa pecunia donatus ab antipatro laudator eius erat.

apud patrē

apud patrem/ & ad extremū necis Alexandri & Aristobuli redempta opera ipse accusatoris partibus fungebat. Cūq; adiisset Herodem uita ei se rependere beneficiis sibi pro delatis & lumen referre dixit hospitio. Namq; olim alexandru exacuisse gladium & confirmasse dexterā/uerū sceleri tanto fuisse impedimēto q; societate facinoris assimulasset. Alexandrum enim dicere non bene secū Herode actū putare/ & regnū obtinuisset alienū & post matris eorū necem principatum eius dilacerasset/ nisi eam degenerem coaptaret herodē/aurumq; ipsorum regnū antipatro spurio propinaret. Proinde semet Hyrcani manes & Mariannes ultum iri. Nec enim decere successionē regni ab huiusmodi patre sine cæde suscipere/ multis enim rebus ad hoc excitari quotidie/ quia nihil oīno loqui sine calumnia lice// ret. Nam si de nobilitate aliorū fiat mentio sine ratione se cōtumeliis affici patre dicente solus gene// rosus alexander/ & cui pater sit pro ignobilitate decori inuentionibus quoq; offendere si taceat. Si ue// ro laudet cauillatorē appellari prorsus ubiq; immitē sibi patrē offendere/ soliq; Antipatro indulgen// tem/ ob quæ uelle mori non recusare/ nisi ex uoto insidiæ successissent. In eum occidisset/ primū salu// tis occasionem fore archelaū socerū suum ad quē facile possit effugere. Deinde Cæsare qui nunc usq; ignoraret mores Herodis/ nec enim sic ei astaturū ut antea patris præsentia formidando/ nec de suis tantum criminibus locuturū/ sed primū totius gentis ærūnas/ & quos ad necem usq; tributis oppri// meret uulgaturū. Deinde in qbus delitiis quibsq; actibus patre sanguine pecuniæ consumptæ sint & qui uel equales ex illis fuerint locupletati/ qua causa ciuitates plagatæ/ ibi autē quæsiturū/ & ani & matris necē/ & omnia scelera regis retexturū/ qbus cognitis nemo se iudicauerit parricidā. His Eury// cles in alexandru falso delatis antipatri laudes psequabatur illū solū q patrē diligeret esse confirmās/ quiq; adhuc insidias retardasset. Rex autē nondū præteritæ suspicionis dolore cōpresso intolerabi// lis iracundiæ feritate turbatur. in hoc tps nactus Antipater alios accusatores fratribus subornauit/ q eos dicerent cū iocundo & Tyranno clam colloqui solitos eē equitū regis olim principibus/ tunc ue// ro propter quasdam offensiones ordinibus motos. Hac deniq; prædignatione succēsus/ confestim eos tormentis Herodes subdidit. Illi autē nihil eorū se quæ crimini darent scire confessi sunt/ sed oblata est quædā uelut ad præpositū castelli Alexandri ab alexandro scripta epistola depræcante/ ut cū ari// stobulo fratre se in castellū reciperet/ si patrē interfecissent/ tā armis quā aliis subsidiis eos ut pmitte// ret/ hanc Alexander Diophanti cōmentū esse dicebat/ qui regis erat notarius homo audacissimus & cuiuslibet manus litteras imitari pcallidus. Itaq; multis sæpe falso cōscriptis ad hoc postremo oc// cilius est. Toto autē castelli quoq; præposito/ nec eius iudicio quicquā Herodes eorū quæ delata erant uera esse cognouit. Sed quāuis nullū documentū ualidū proferretur/ filios tamen absolutos asseruari præcepit. Euryclea uero domus suæ pestē ac totius sceleris fabricatorē bene de se meritum datorēq; salutis appellans/ talentis quinquaginta donauit. Ille autē priusquā certū fatia nunciaret ad archelaū pperat/ aususq; dicere/ quod Herodē reconciliaisset alexandro/ ab illo quoq; pecunias capit. Deinde in achaiam transgressus ad similia facinora male quæstis abusus est. Postremo apud Cæsare accusatus quot dissensionibus repleuisset achaiā & ciuitates spoliaret/ inde fugat/ atq; hoc enim mō poene alexandri & aristobuli psecute sunt/ hoc loco dignū est Coum Euaristū huic Spartiatæ cōferre. Namq; is cū amicusissimus esset alexandro/ eodēq; tpe quo Eurycles ibidē erat aduenisset pcontanti regi sup his quæ ille insimularet/ iratus nihil se ab adolescentibus audisse firmanit. Nec tamē id quicquā miseris profuit apud Herodē solis maledictis aures paratissimas aperientē eūq; gratiosissimū sibi iudicātē/ qui secū eadē crederet/ his dēq; moueret. Incitabat præterea Salomæ crudelitātē eius in filios. Namq; hanc aristobulus quo periculis inuolueret/ quā & socerū habebat/ & amitā monitū miserat/ ut saluti suæ cōsuleret/ quasi rex eam decreuisset occidere iterum insimulatā/ quorū ante fuerat accusata quot enim Syllæo arabi nubere cupiens/ quē sciret eius inimicū/ occulta illi secreta regis nūciaret. Et hoc fuit extremū quo tanquā tempestate oppressi adolescentes/ non secus a turbine pessundati sunt. Salomæ enim protinus cōtendit ad regē eiq; monita aristobuli pdit/ atq; ille ulterius durare non pas// sus/ utrunq; filiū uinxit/ & separatos asseruari præcepit. Deinde Volumniū militæ magistrum/ & ex amicis suis Olympū descripta ferētes indicia proficisci iussit ad Cæsare/ qui postq; Romā nauī delati sunt/ regisq; litteras reddiderūt/ uehementer quidē Cæsar in adolescētes exarsit/ uerū etiā potestatem in filios a patre auferendā esse non duxit. Deniq; rescribit ei ut ipse sui dominus esset arbitrii/ melius tamen facturum dicens/ si in communi consensu propinquorum suorum prouinciæq; rectorū de insi// diis quæreret/ eosq; si delato crimini reperiret astrictos occideret. Si uero fugam tantū esse meditados mediocri supplicio contentus esset. Paret scriptis Herodes/ cūq; Berytum quo Cæsar iusserat perue// nisset cogit iudicium. Præfuderunt autem iudicio rectores/ quibus a Cæsare scriptum fuerat/ Saturni// nus & Pedanii legati/ & cū his Volumnius procurator. Itēq; propinqui regis & amici/ necnon & Sa// lomæ & Pheroras/ & post hos optimates Syriæ præter archelaum regem. Namq; hunc Herodes q alexandri socer esset suspectum habebat. Sed filios quidem satis prouido cōsilio in iudicium nō pro// duxit/ sciebat enim q si tantum uisi fuissent omni modo ad misericordiā cunctos impellerēt/ si uero

etiam

etiam dicendi copiam nacti essent facillime alexandrū obiecta dilocere. Igitur illi quoque custodieban-
tur in Platane uico Sidoniorum. Exorsus autē rex ueluti cum praesentibus ageret commouebatur/ &
insidias quidem timide obieciēbat. Nam probatiōibus deficiebat maledicta uero & pbra & iniurias
& peccata plurima in se admīssa prosequēbat/ eaq; morte graviora esse confessoribus demonstrabas.
Postremo cum nemo contradiceret semetipsum argui miserabiliter quāstus/ acerbamq; uictoriā uin-
cere singulos sententiam rogat in filios/ & primus Saturninus condemnandos esse adolefcēculos. sed
non morte pronuncianit/ nec enim fas esse cū pres ipse astātes habet filios mortem alienis decernere.
Idem etiā duobus legatis uisum est/ eosq; nonnulli alii secuti sunt. Tristem uero sententiā primus Vo-
lumnus dixit cunctiq; post eum Herodis aemulatione uel odio/ neq; indignatione quisq; necandos es-
se adolefcētes iudicauit. Tunc autem uniuersa iudaea & Syria suspensa quidem operiebatur huius
tragodiae finem/ sed nemo aestimabat Herodis crudelitātē ad patricidium usq; processurā. Ille tanrū
filios Tyrum traxit/ atq; inde nani Caesaream deuectos quo mortis genere perimeret cogitabat. Inte-
rea uetus quidā regis miles Tyro nomine/ qui & filium habebat Alexandro assuetum atq; amicum
& ipse diligebat adolefcēculos/ pra nimia indignatione mentis in postremo hos circumiens cla-
mitabat conculcarā esse iustitiam ueritatem periisse/ naturam esse confusam/ uitamque hominum
iniquitatis esse plenam/ & omnia quae dolor contemptori uitae dictasset/ deinde ipsum etiam regem
ausus adire/ mihi uero inquit omnū uideris esse infelicissimus/ qui contra carissimos nequissimis cre-
das. Siquidem Pheroras & Salomae fidem apud te aduersus filios habent/ quos saepe ipse mortis sup-
plicio dignos esse iudicasti/ neque aduersus hoc eos agere/ ut iustis successoribus destitutus cum solo
remaneas Antipatro capi facile regem optantes. Veruntamē cogita ne ille quoq; militibus odiosus/
sit ppter cadē omnū fratrū. Nullus enim est qui nō adolefcētū misereat. Principū aut plurimi etiā
palā grauius ferunt. Hae dicens simul eos/ quibus res indigna uideret nominabat. Rex aut statim il-
los & ipsum cū filio cōprehendi iubet. Ibiq; cū aliis quidā regalis tōlor nomine Trypho/ nescio qua
exagitatus infania semetipsum indicans proflit/ ac mihi quoq; Tyro inquit iste persuasit ut occasio/
ne tendendi nouacula te occiderē/ magnaq; alexandrū daturū munera pollicebat. His auditis Hero-
des/ & Tyronē eiusq; filiū/ & tonforem subdidit quāstioni. Cūq; illi pnegarent/ tonfor autē amplius
nihil diceret Tyronē uehementius torqueri iussit/ tū quae filius eius patris miseratione cōmorus cun-
cta se regi/ si eū sibi cōdemnasset indicaturum promisit. Eoq; relaxato ipsius occidendi patrē suū ha-
buisse uoluntatē/ dixit impulsam ab Alexandro. Hoc aut quibusdā factū ab adolefcēte uidebat/ quo
tormētis eriperet patrē. Nonnulli uerū esse firmabant. Herodes tamē & militū principibus & Tyro
ne p cōtione accusatis/ ita in eos armanit populū/ ut ibidē cū tonfore lignorū & lapidū ictibus interir-
rent. Filios uero in Sebasten missos/ quod non longo a Caesarea interuallo distaret/ offocari praecipit
eag; re mature pfecta in castellū Alexandrium mortuos asportari cū Alexandro materno auo sepeliē-
dos. Hic finis quidē Aristobulo & Alexandro uitae fuit. Antipatrū cū iam sine controuersia successo-
rem regni speraret/ intolerabile gentis excepit odiū cunctis scientibus illū omnes fratribus suis con-
seruisse calumnias/ nihiloq; minus timor eū non mediocris sollicitabat crescente sobole peremptorū.
Erant enim Alexandro ex Glaphyra filii duo Tygranes & Alexander/ itemq; Aristobulo ex Beroni-
ce Salomes filia Herodes & Agrippa & Aristobulus/ filiaq; Herodias & Marianne. Sed Glaphyrato
quidē Herodes cū dote sua in Cappadociā dimisit postquā Alexandrū interfecit. Beronicē autē Ari-
stobuli cōiugē auūculo antipatri nuptū dedit/ q ut Salomen quā offensam habebāt sibi reconciliare
istas nuptias excogitauit. Idem uero etiā pherorā muneribus aliisq; obsequiis atq; amicos praeterea
Caesaris amiebat/ magnas Romā mittendo pecunias. Saturninū enim cū aliis oibus apud Syriā do-
nis expleuerat/ hoc aut magis inuisus erat cūctis q; plura donabat/ uelut opes tantas nō munificentia
largiret/ sed metu cōsumeret. Itaq; eseniebat ut nec accipientiū beniuolētia quicq; pferret/ qbusq; ni-
hil dedisset acerbiores inimicos haberet. In distributionibus munerū quotidie largior erat/ cū praeter
spem uideret orbos pueros ab Herode curari quantūq; illū pemptor; cadis poeniteret prolis eor; mi-
seratione significari. Conuocatis enim ppinquis ac amicis suis/ & pupillis astantibus cum lachrymis
oppleisset oculos dixit/ horū quidē mihi patres fortuna quaedā tristis eripuit/ ipsos aut orbitatis miseri
cordia cū natura cōmēdat. Experiar itaq; ut si pater infortunatissimus fui/ auus tamē sim prouiderior
& a qbus post me regant amantissimos mihi relinqū. Despondeo igitē filiā tuā pherora maximo si-
liorum Alexandri ut ei curator sis necessarius. Tuo uero antipater filio/ Aristobuli filiam/ eris enim
hoc modo pater orbat. Sororem uero eius meus Herodes accipiet/ & pontifice auo materno pro-
gnatus. Et de his qdem sic iudiciū meum/ neq; qquam dirimet quin me amabit. Precor autem de-
um etiam bono regni mei/ meorumq; nepotū copulare nuptias/ atq; hos pueros placidioribus quam
patres eorum oculis aspicere. Postquam haec locutus effleuit & puerorum dexteris iunxit/ benigni-
sime cōsaluatis singulis dimisit consiliū/ statim dirigit antipater quantumq; dolore affectus esset
nemine latuit pupillorū. Namq; honorē apud patrem quoq; sibi derogatum existimabat/ iterumq;
de rebus

de rebus cunctis periculum fore si alexandri filius præter archelaum etiam Pheroram adiutorē haberet ad hoc reputabat odium suum & orbitatis miserationem qua tota gens flectebatur quanto uidentium puerorum studio & quanta memoria mortuorum scelere tenerentur Iudæi. Itaque omnimodo dirimere sponsalia studuit & callide quidem patri surripere timuit senienti / acriterque uigilanti ad suspicandum. Palam uero cum supplex adire ausus est coramque deposcere ne se honore priuari quo dignum esset indicasset nudumque regis nomen habere uellet regni autem substantiam penes alios esse nec enim posse rerum obtinere dominatum si præter auum archelaum etiam pheroras alexandri filio socer esset adunctus. Instantissime uero præcabatur quia numerosa esset regia progenies nuptias permutari. Non uero namque regi uxores erant sed harum septem unde filios susceperat ipsum antipatrum ex Doride herodem autem ex Mariæne pontificis filia itemque antipatram & archelaum ex Malthace Samaritide filiamque Olympiadem quam frater eius iosephus habuerat ex hierosolymitide uero Cleopatra herodem & philippum necnon ex pallade phaselum. Habebat autem filias quoque alias Rhaxoen & Salomen unam ex phædra & alteram ex Elpide duasque uxores sine filiis consobrinam & sororem ac præter has alexandri & aristoboli sorores duas ex Mariæne. Cum igitur rara prolis copia superesset aliter nuptias iungi postulabat antipater. Rex autem perspecto eius animo quid de pupillis cogitaret uehementer iratus est quippe filiorum quos interfecerat casum reputans formidabat ne etiam hi quandoque criminationum antipatri præmium fierent sed tunc quidem senioribus dictis protelatur. Postea uero blanditiis eius abductus sponsalia reformauit ac primum ipsi antipatro aristoboli filiam collocat filium uero eius iungit filiam pheroram. Hinc licebit aduerte quantū antipatri ualuerit adulatio quod ipsi in simili causa impetrare Salomæ non potuit. Hanc enim quauis soror esset atque hoc sæpe intercedente Iulia uxore cæsaris postulasset arabum regi nubere non passus est sed inimicissimam sibi fore iurauit nisi ab hoc studio desistisset. Posteaque inuitam alexæ cuidam ex amicis suis in matrimonium dedit eiusque filiarum unam alexandri filio alteram antipatri auunculo tradidit. Natarum autem mariænes una sororis filiam habebat antipatrum altera fratris phaselum. Sic interrupta pupillorum se antipater & pro sua commoditate affinitatibus iunctis expectatione certa nitetur adiectaque malignitati fiducia nequaquam erat tolerabilis nam quia singulorum odium uitare non potuit securitatem sibi extorquere quærebat. Cum præterea pheroras ei ueluti iam confirmato regi obsecundaret quin & mulierum conflata in aula conflatio nouas turbas excitabat. Etenim pheroræ uxor cum matre ac sorore sua necnon & matre antipatri multa in regno insolenter agebat ausa etiam duas regis filias contumeliose tractare cui rei maxime ab antipatro erat abiecta. Itaque cum illi inuise essent aliis quidem morigeras habebant sola uero Salomæ aduersabatur eorum concordiam quodque non bono regis coiret apud ipsum insimulabat. Cognita uero eius delatione mulieres quodque herodes ægre tulisset aperto quidem conuentu & familiaritate abstinerunt contra uero etiam discordare inter se rege audiente simulabant. Cum his colluderet antipater ut palam pheroræ minimæ dubitaret offendere occultos autem coetus & nocturnas comessationes habebant earumque confessionem fecit obseruatio firmior cum horum nihil ignoraret Salomæ sed herodi cuncta nuntiaret. Ille autem ardens iracundia maximamque contra pheroræ coniugem quod eam præ cæteris accusaret salomæ conuocato cognatorum amicorumque consilio & talia multa mulieris & filiarum contumelias crimini dedit quodque phariseis mercedem contra subiisset fratremque sibi hostem reddidisset expugnatum nenenis. Postremo conuersus ad pheroram utrum ait se fratre an uxore uellet optare. Cumque ille se citius uita dixisset quam coniuge cariturum incertus quid ageret ad antipatrum sermonem contulit ac ne cum pherora uel eius coniuge aut quouis alio qui ad eam pertineret unquam colloqueretur edixit. Verum ille palam precepta custodiens in occulto cum his pernoctabat. Metuensque obseruationem Salomes per amicos in italia degeneres ut Romam proficisceretur effecit ipsorum perlatis litteris ubi antipatrum aliquanto post tempore ad Cæsarem mitti oportere prescriberet. Igitur Herodes nihil moratus eum misit cunctis quæ usui foret magnamque pecunia liberaliter instructum. Testamentumque una portandum ei dedit in quo Rex ipse antipater inscriptus erat. Et antipatri successor herodes ex mariæne pontificis filia procreatus. Quin & Sillæus arabas itidem Romam neglecto Cæsaris præcepto nauigauit. De his cum antipatro certaturus de quibus cum nicolao causam ante dixerat. Non leue autem cum areta rege suo certamen habebat cuius & alios amicos interfecerat & Soenum in petra oppido potentissimum redemptumque Fabato dispensatore Cæsaris fautorem habebat etiam in herode. Sed maiore pecunia data herodes Fabatum a Sillæo remouit ac per semetipsum quæ Cæsar insisteret exigebat. Ille autem cum nihil dedisset accusabat apud Cæsarem Fabatum dispensatorem esse dicere non quæ ipsi sed quæ herodi expediret. Quibus comotus ad iracundiam Fabatus adhuc autem apud herodem maximus habebatur secretorum Sillæi proditor factus est regique indicauit quod Sillæus Corinthum eius satellitem pecunia corrupisset eumque assensum oportere neque rex id facere dubitauit quoniam Corinthus iste licet in aula regis esset educatus ex arabia tamen fuerat oriundus. Igitur mox non illum solum corripit sed etiam duos alios Arabas insit eum apud repertos unum Sillæi amicum alterum Phylarchum. Qui subditi quæstione magna pecunia Corintho ut herodem occideret persuasisse confessi

sunt. Illi quidem etiā a Saturnino rectore Syriæ interrogati Romā transmissi sunt. Herodes autē Pheroræ uehementius iminebat/ut repudiaret uxorem. Aliquid enim quod mulierem plecteret excogitabat quin multas in eā odii causas haberet. donec ipsum etiā fratrem cum ea supra modū indignatus eiecit. Pheroras autē æquo animo accepta iniuria in tetrarchiam suam recessit iurās unum sui exiliū finē sibi fore mortem herodis. Neq; se ad eum reuersurū esse dum uixerit. Deniq; nec ægrotū quāuis sæpe accitus fratrem uisere uoluit cū quibuscūq; mandatis eū quasi moriturus uellet instruere. Sed ille quidē præter spem conualuit. Postmodū autē pheroras in morbum incidit/ tumq; herodis patiētia demonstrata est. Nam & uenit ad eum & humanissime curatum uoluit. Sed morbum superare non quinit/ in diebus. n. paucis est mortuus. Quem licet ad ultimū uitæ diem dilexisset Herodes/ tamenq; illum quoq; ueneno peremerit fama uulgatum est. Verum eius corpore in hierosolymā portato luctum maximū cunctæ genti denunciauit/ clarissimāq; funus sepultura dignatus est. Vnus quidē inter fector alexandri & aristobuli hunc exitum uitæ sortitus est. Transiit autē in antipatrū auctorē poena sceleris ex interitu pheroræ nacta principium. Quidam enim ex eius libertis cū regem tristes adiūsent fratrem ipsius pheroræ ueneno interemptū esse dicebant. Nā quendā ei cibū obtulisse coniugem suam non eo quo solebat modo conditum/ eoq; sumpto illum morbo protinus esse corruptum uenisse autē ante biduum matris ac sororis eius accitu quendā ueneficā mulierculā ex arabia/ ut uenenum pheroræ conficeret amatoriuū & pro amatorio dedisse mortiferum Sillæi consilio. Namq; illi notum fuisse/ perculsus igitur plurimis suspicionibus rex/ ancillas & nonnullas libertinas quæstioni subiicit. Ibiq; tum exclamat aliqua doloris impatiens. Deus coeli terræq; rector in matrem antipatri quæ horum nobis malorū causa est uindictæ. Hoc rex indicū nactus persequabatur ulterius indagine ueritatis. Mulier uero & matris antipatri familiaritatem cum pherora eiusq; uxoribus & occultos eorū conuentus/ aperuit quodq; Pheroras & antipater redeuntes a rege tota cū illis nocte potare soliti essent seruis omnibus exclusis & ancillis. Vna quidem libertinarū hoc indicauit. Cum autē ancillæ se paratim/ singulæ torquerentur/ patuit oīum dicta congruere/ qua de causa Romā quidem antipater ex composito pheroras autē trans flumen recedere curauisset. Nā sæpe illos in sermone dixisse q; post alexandrū & aristobulū ad ipsos eorūq; coniuges transitorus esset herodes. Nec alicui posse parcere qui Marianne eiusq; filiis minime pepercisset/ ideoq; melius esse ab hac bestia/ quam longissime fugere. Sæpe autem dixisse matri antipatrum conquerentem q; cum ipse iam canus esset pater in dies singulos iuuenesceret seq; fortasse antequā regnare incipiat moriturū/ aut nunquā ille decesserit quādo autē istud fiet/ uoluptatem sibi successionis omnino fore breuissimam. Pullulare præterea hydræ capita hoc est alexandri & aristobuli filios/ sibi autem filiorum quoq; spem ademptam esse patris iniuria qui non eorū quēquam post mortem suā regni successorem/ sed Mariannes filium scripsisset herodē. Quia quidē in re prorsus eū senectute delitare/ si testamentū suum standum arbitraretur. Sed nāq; ut ex eius progenie nemo superesset/ curaturū. quinetiam cum omnes patres quibus inuisi unquam filii fuerunt nomen odio uincat. Plus tamen eum etiā fratres odisse. Deniq; nuper sibi ne cū Pherora colloqueretur. c. talenta donasse atq; cum pheroras diceret/ quid enim per nos ledebatur/ respondisse antipatrum utinam cunctis ablatis nudos se dummodo uiuos relinqueret. uerū hoc nequaquā fieri potest ut tā pestiferam bestiam quisquā effugiat/ sub qua nec amicis esse palam liceret. Deniq; nunc oculis inquit conuenimus/ licebit autē apertē si uirorum spiritum manusq; habeamus. Hæc in tormentis ancillæ prodiderunt/ & q; pheroras cum illis petram fugere cogitasset. ut omnibus autē dictis herodes crederet. c. talentis effectū est. De his enim soli antipatro dixerat. Igitur ante alios in Doridem antipatri matrem furor eius erumpit/ eamq; omni ornatu quem illi donauerat spoliata multis cōparato talentis expellit. Deinde ita depōsita pheroræ mulieres a tormētis recreabat. Timore autē pauidus erat & ad omnes suspensiones excitabatur multosq; innocentes metu ne quē nocentium prætermitteret in tormenta ducebat. Hinc ad samaritā se conuertit antipatrum qui procurator erat antipatru/ & ex illius commentis comperit necandi sui causa ex ægypto antipatrum uenenuū malū petiisse per quendā antiphili collegā idq; ab eo antipatri auunculū accepisse Theudionē ac Pheroræ tradidisse. cui mandasset antipater/ ut Herodē occideret/ dū ipse Romæ abesset/ ac suspitiōe careret/ pheroram uero uenenum uxori suæ dedisse seruandum. Itaq; hanc euocatam statim rex quod acceperat afferre iubet. Illa uero quasi allatura egressa de recto se præcipitem dedit/ ut eo modo exprobratiōis & regis uerbera præueniret/ sed dei prouidentia sicut apparet quæ ab antipatro poenas repereret nō in caput/ sed in alteram delata partem periculum mortis enasit. Portataq; ad regem ubi resipiscere potuit. Nam casus eā perturbauerat/ & quamobrem se præcipitasset interrogata iurante rege/ q; uerā dicēti remitteret omne suppliciu/ sin falsa promere maluisset/ corpus eius tormētis absumeret. Neq; sepulturæ quicquā relinqueret/ paulisper tacuit. Deinde quid iquit secreta custodio cum pheroras obicit antipatrū q; nos omnes perdidit seruatura? Audi rex & tecum dens testis ueritatis q; falli non pōt. Cū pheroræ morituro lachrymas assiderē/ tunc ille me ad se uocauit/ & multū inquit mulier de fratris

fratris erga me animo sum deceptus. Nam qui sic me diligeret inuisum habui, & necate cogitavi / q
 tanto nunc mei licet nec dum mortui dolore confunditur. Sed ego quidem ob imperare precium fero /
 tu uero quod in eum seruas relictum nobis ab antipatro uenenum huc affer propere / meque uidente cōsu /
 me / ne ad inferos quoque ulticem huius sceleris conscientiam deferam. Ita ut iussit attuli & magnam qui
 dem ueneni partem sub obtutibus eius in ignem effudit / modicum uero mihi per dubios casus & quae
 te metuerem reseruavi. His dictis illa quidem oīno paululum quiddam ueneni habenti pyxidem pro
 fert. Rex quidem in matrem fratremque antiphili contulit quaestionem. Verum hic quoque antiphilum ex
 aegypto attulisse pyxidem fatebatur / illumque uenenum a fratre apud alexandriam exercente medici
 nam accepisse dicebant. Totum autem regnum circueuntes alexandri & aristobuli manes ipsi erant in /
 certarum rerum exploratores atque iudices / & a suspicionibus remotissimas approbationes trahebant.
 Denique etiam pontificis filiam Mariānem consciam esse maleficiorum patuit. Hoc enim tortis eius
 fratribus demonstratum est. Rex autem matris audaciam filii quoque penuria coercuit. Nam quem illa
 pepererat herodem antipatri successorem scriptum ex testamento deleuit. Post haec etiam Bathyllus no
 tissima consiliorum antipatri fides documentis accessit. Namque is erat quidam libertus eius / aliud autem
 uenenum ferens hoc est aspidum uirus aduenerat. aliorumque serpentum succos / ut si prius fuisset inuali /
 dum hoc se pheroras cum coniuge in regem armaret. Idem uero praeter susceptam contra salutem pa
 tris audaciam uelut operam subcisiuam habebat epistolas aduersum fratres compositas ab antipatro. Erant
 autem Romae in studis archelaus & philippus iam adolescentuli magnique animi regis filii quos antipa
 ter uelut imminentes spei suae remouere festinans quosdam in eos litteras ipse finxit amicorum nomine
 Romae degentium. Nonnullis autem corruptis scribere peruersum quod multis patrem maledictis carperet /
 Ac de alexandri & aristobuli nece manifeste quaererentur / sequi accitos esse grauiter / iam enim pater
 eos redire praeceperat / idque maxime sollicitabat antipatrum. Quin etiam priusquam proficisceretur in iu
 daea constitutus antipater eiusdem modi contra eos romae litteras mercabatur / patrem aduendo uitae
 suspicionis causa fratres purgare simulabat / quaedam falsa scripta / quaedam uero adolescentiae peccata
 esse commemorans. Quo quidem tempore scriptoribus epistolarum quas in fratrum perniciem simulabat plu
 rimis pecuniis datis sumptuum confundere tentabat idicia. uestem preciosam / uariaque stragula / poculaque
 argentea / necnon & aurea comparando / aliaque plurima instrumenta / ut peccatorum magnitudine mercedes
 falsariis erogatas caeleret. Denique centum talenta retulit expensa & maxima fuit occasio causa sillae. Vniuer
 sis autem malis eius tunc minoribus maiore conceptis / cum omnia quidem tormenta de patricidio episto
 lae uero de iteratis fratricidiis conclamarent. Nemo tamen ex iudaea uententium quo in loco fortunae
 domus essent nunciauit / quantum inter scelus probatum & eius reditum septem mensium interualla fluxissent.
 Ita erat inuisus omnibus. Fortasse autem etiam quibus indicandi uoluptas fuit / per interfectorum fratrum
 manes obmutescere. Denique Romae litteras misit continuo se conuenturum esse / quodque honorifice
 dimissus esset a Caesare nunciatus. Rex autem insidiarum manus tenere desiderans / timensque ne si quid
 praescissent forte cauerent ipse quoque litteris beniuolentiam simulans / & alia familiarissime scripsit /
 & ut reversionem suam maturaret orauit. Nam si prosperasset matris suae quoque offensionem posset com
 ponere / quam expulsam esse non ignorauit antipater. Primam quidem de morte pherorae acceperat episto
 lam apud tarentum eumque uehementer luxerat. id autem nonnullis de patruo laudabile uidebatur / sed
 quantum intelligi datur causa doloris erat quod insidiae pro uoto non cesserant. Neque tam pheroram flebat
 quam maleficiorum ministrum. Praetera metus eum quidam ob ea quae confecerat occupabat. ne quan
 do forte deprehenderetur uenenum. Tum autem in Cilicia patris epistola sibi reddita quam supra
 memorauimus statim quidem festinabat / sed postquam in Celenderim delatus est / subit eum quaedam ma
 terni casus cogitatio anima iam per semetipsam diuinante. Et amicorum quidem prudentiores ei sua
 debant / ne prius patrem conueniret / quam pro certo cognosceret / quibus ex causis matrem suam repudias
 set. Namque timere ne forte criminatioes eius auctae fuissent. Minus autem prudentes & uisenda patriae cu
 pidi magis quam quod antipatro esse utile considerantes ut properaret monebant / ne ex ipsa mora & pa
 tri causam prae suspicionis & calumniam praerberet calumniantibus. Nunc enim siquid motum est
 in absente esse factum / nec enim praesente illo quinquam id ausurum fuisse. Absurdum enim uideri
 propter suspensiones incertas certis bonis carere. Neque enim mature se patri reddere ab eoque regnum
 accipere quo solo ipse niteretur. Paruit his antipater impellente fortuna transmissusque in Sebastum
 Caesari portum deferretur. Occurrit autem illi praeter opinionem maxima solitudo / cum omnes eum
 denirarent / nullusque auderet accedere. Nam & si semper aequae inuisus erat odio tamen ut prodere
 tur / tunc data libertas est. Multos autem auertebat ex rege formido / quoniam cunctas iam ciuitates
 de antipatro fama repleuerat / solusque de se quid ageretur antipater ignorabat. Nec enim uel clarius
 eo quisquam deductus est cum Romam nauigaret / uel ignobilius inde susceptus est. Enim uero cla
 des ille domesticas intelligens calliditate celabat / metuque poenae mortuus uultu confidentiam si
 mulabat. Et neque fugae spes ulla erat / neque ex circumstantibus malis emergere poterat. certumque ni

hīl ei de domo ne ibi quidē nunciabatur/id enim regis interminatio prohibuerat. Vnde interdū etiā spes cū pertendebar hilarior/aut nihil esse deprehensum/aut si quid esset/hoc sese impudentia sua diluicūrum ac dolis quæ sola instrumenta salutis haberet. Itaq; his armatus sine amicis in regiā venit q̃ a prima ianua cum iniuria sunt repulsi. Forte autem Varus syriæ rector intus aderat. Ingressus idē ad patrem confirmatusq; audacia uelut eius salutādi causa proprius accedebat. Cū ille obiecta manu & capite declinato exclamabat. Et hoc parricidæ ē ut me amplexari uelis/q̃ tot maleficiis inuolutus corruptum habes impium caput/neg; me attingas priusquam criminibus te exuas. Dabo enim tibi iudiciū & iudicem qui opportune præsto est uarum. Vbi & quemadmodum te purges in diem crastinum meditare. Nam & tēpus indulgeo calliditatibus tuis. Ad hæc metu obstupescit antipater q̃ respondere nihil potuit/reuersus est. Cum autem ad eum uenisset mater & uxor cunctas enim probationes expoluerunt. Tumq; recepta mente quo pacto sese defenderet cogitabat. Postero autē die rex exhibito propinquorū atq; amicorū cōsilio antipatri quoq; amicos uocat. Ipse autē cum Varo testidens/cunctos iudices iussit adduci in quibus erant serui matris antipatri quidam pridem comprahēsi qui ab ea litteras ad eum portauerūt huiuscemodi. Quoniam illa omnia patri tuo cognita sunt/cane ne ad eum uenias/nisi aliquod auxilium a Cæsare impetraveris. Itaq; is una cum aliis introductis ingreditur antipater. Cūq; pronus ante pedes patris cecidisset. oro inquit pater ne quid de me præiudices/ sed integras aures satisfactioni meæ præbeas. Demōstrabo enim me innoxium si tu uelis. Ille autē magna ei uoce imperato silentio ad Varum locutus est q̃ & tu uare & quilibet iustus iudex antipatrū morte dignū iudicauerit certe scio. Vereor autē ne mea quoq; tibi sit inuisa fortuna omnīq; calamitate dignum deputes qui tales filios genuerim. An qui magis hoc tibi miserādus uideri debeo q̃ erga tam scelestos indulgentissimus pater fui. Nam illis prioribus adhuc adolescentulis regnū deruleram eosq; Romæ educatos amicos Cæsaris feceram. Sed q̃ aliis inuidendos Regibus æmulandosq; constitui meæ salutis hostes inueni quorum tamen interitus/Antipatro magis profuit. Isti enī q̃ adolescens & successor meus futurus esset maxime securitas quærebat. At uero hic adolescentulus belua patientia mea plusquā necesse expletus in me facietatem suam profudit/eiq; diu uiuere somnifusus/meiq; senectutē grauiter tulit rexq; fieri non nisi parricidio passus est. quæ quidē non profecto iniqua ratione cogitauit/q̃ ex agro abiectum reduxerim & exclusis quos mihi regina perpererat filiis regni mei uicarium declarauerim. Equidē tibi Vare confiteor meæ mentis errorem. Ego illos cōtra me filios irritaui q̃ antipatri gratia spes eorum iustas abrui. Quid enim tantū de illis quantū de isto bene sum meritis/cui uiuus etiā potestātē meā pene concessi aperte autē regni successionē testamento reliqui/& præter destinatos ei separatim quinquaginta redditus talentorū sumprū passim meā pecuniā subministraui ac nuper Romā quoq; nauigaturo dedi. ccc. talenta quēq; solū ex omni familia mea tanquā patris seruatorē Cæsari comendauī. Aut quid illi tantū sceleris quantū antipater admiserunt/quod ne de his habui tale iudiciū quales demonstraui huius insidias/at etiam probō qui ausus est aliquid parricida rursūq; ueritatē dolis quærat obtegere quod tibi Vare cauendū sit. Nam ego istā beluā noui/& quā sit uerisimilia dicturus iam non prospicio sterusq; simulatos. Hic est q̃ me quondā monebat ut uinum alexandrū cauere/neg; meū corpus omnibus crederem. Hic est qui usq; ad cubile meum solebat ingredi & circūspicere ne quis mihi pararet insidias. Hic somni mei custos erat/& securitatis dator qui consolaretur somnū peremptorum & uiuentiū fratrum beniuolentiam diiudicaret. Hic propugnator & satellites meus. Cum eius calliditas Vare in mentē uenerit. & quēdamodū singula simulasset uix me credo uiuere tanquam grauem insidiatorem quo pacto effugerim. miror. Verūtamen quia fortuna quædam excitat contra me domū meam mihiq; amicissimi semper infensi sunt. ego quidem factorum iniquitatem flebo & mecum ipse solitudinem gemam. Nemo autē qui meum sanguinē sitierit ebibet/etiā si per omnes filios meos indicia uentura sint. Hæc dicens ipse quidē interrupto sermone tacuit dolore confusus. Nicolao autē uni ex amicis probationes iussit exponere. Inter hæc autem antipater sublato capite/cum prostratus ante patris pedes maneret exclamat. Tu pater meas partes defendisti. Nam quomodo ego parricida quem tu semper seruatorē te habuisse commemoras/Aut si ficta ut dicis simulataq; mea pietas fuit. Cur in aliis tam callidus in hoc adeo demens fui/ut non intelligerem q̃ si homines lateret tanti sceleris cogitatio/ caelestem latere indicium omnino non posset/qui ubiq; præsto esset/& cūcta conspiceret. An fratrum exitum ignorabam/ quos ob ea deus ultus est quæ de te male tractauerunt. Quid autē fuit cur me tua salus offenderit. Spes regni. Sed regnabā. Odii suspitio. Sed diligebat. An ex te metus aliquis. An quin tui seruās aliis timēdus eram. Sed egestas causa fuit. multo minus. Quis enim magis expensarum habuit potestatem. Si autem omnium hominum perditissimus essem/immanisque bestia animū gererem/certe manus ueti patris beneficiis uinceret quem sicut tu dixisti reduxeris. totque filiis antepolueris uniusque. Regem declaraueris aliorumque bonorum magnitudine reddideris inuidendam. Omne miserum acerbissimamq; peregrinationem meam/quam longum laboris tempus/magnūque insidiantibus spatium

spatium præbui. Sed tantum tibi pater tuusq; rebus aberam/ne Sillæus tuâ contemneret senectutem. Roma mihi testis est pietatis/& princeps orbis terræ Cæsar/qui me patris amatorē sæpe uocitabat. Accipe pater has eius litteras fictis in me criminatiōibus ueriores/hisq; me defendo. Hæc affectus et ga te mei argumenta certissima recordare/quâ igrate hinc nauigantē scis/latentes in regno cōtra me inimicitias non ignorantē. Tu pater innitus me perdidisti/tu cōpulisti ut darem accusandi tēpus inuidiæ. Verum ad indicia ueniam. Ecce adsum terra mariq; nihil ulquam parricida perpeffus. Sed nō dum me hoc argumento diligas. Nam & apud deum & apud te pater condemnatū me esse scio. Cōdēnatus depræcor ne aliorum tormentis fidē habeas in me feratur ignis/per uiscera mea pergant instrumenta poenarum/ne parcas scelesto corpori. Nam si parricida sunt tormentorū expers mori nō debeo. Talia cum lachrymis atq; ululatu uociferans & omnes alios & Varum ad misericordiā prouocauit/solū aut Herodē quo minus fletet iracundia continebat documentis ueris intentū. Ibi aut nicolaus iussu regis multa de antipatri calliditate præfatus & misericordiæ spem sustulit/& accuratissimam accusationē instituit/cuncta qdem regni maleficia illi ascribens/maxime uero fratrum interitū/quos ipsius calumniis interfectos esse demonstrans etiam superstitibus eum insidiari quasi successuonis captatoribus affirmabat. Nam qui patri uenenū parasset multo minus a fratribus abstineret. Cū aut ad ueneni probationes uenisset per ordinē proferebat indicia/etiā de pherora crimen exagerans ueluti illū quoq; antipater fratricidā fecisset/corruptisq; regis amicissimis scelere oēm domū repleuisset. Atq; ita multis dictis exprobratis perorauit. Varus aut cū respondere iussisset antipatrum & ille nihil aliud elocutus/quā deus testis est innocentiae meae silens iaceret/uenenū petit/idq; alicui dā natorū capitis ex custodiendis bibendū dedit/eoq; statim mortuo quædā in secreto cū Herode sermocinatus gesta in cōcilio Cæsari scripsit. Posteroq; die inde discessit nihilq; minus Rex antipatro uinculis tradito cladis suae nuntios ad Cæsarē misit. Post hæc etiā Salomē appetisse insidiis arguebatur antipater. Quidā enim de seruis antiphili Romā uenerat epistolas ferens alicuius acmes nomine ancillæ iuliae. quibus ad regem scriptis indicauerat Salomes epistolas inter litteras iuliae repertas clā ei beniuolentiæ causa misse. Ipsius aut Salomes epistolis & maledicta in regē acerbissima & accusatio maxima continebatur. Sed omnes antipatro erant fictæ. Isq; acmen pecunia corruptā ad Herodem eas mittere peruaferat. Epistola enim eiusdem mulierculæ ad ipsum scripta id prodidit cuius uerba hæc sunt. Sic uoluiſti patri tuo scripsi. & illas epistolas misi/certo sciens regem sorori suae minime posse parcere/si eas recitauerit. Bene aut facies si cōsumatis omnibus pollicitationum tuarū memor fueris. Hæc epistola & quæ in Salomen sunt composita depræhensis regem subiit cogitatio. ne forte etiam Alexander falsis epistolis fuisset oppressus. quodq; pene sororem propter Antipatrum occidisset anxius erat. Itaque non est ultra cunctatus. quo minus ab eo sumeret omnium causa supplicium/ sed ne ppositis satisfaceret graui morbo impeditus est. De Acme tamē ancilla & in Salomē factiōe conflata & dedit litteras ad Cæsarē/ac propterea testamento mutato exemit nomen antipatri regē scripsit antipan archelaum Philippūq; negligens natu maiores. Nā & hos antipater insinulauerat. Cæsari aut post alia pecuniaria munera mille talenta/& uxori eius ac filiis itemq; amicis ex libertis prope. l. ceteris omnibus agrorum/& pecuniæ non parum distribuit/ac sororē Salomen clarissimis donis honorauit. In testamento quidem ista correxit. Morbus aut igraveſcebat q; eum senectus pariter ac mœror urgebat/& ānos iam. lxx. natus/& filiorū cladibus animū adeo habebat afflictu. ut nec in bona ualitudine quicquā iucūditatis admitteret acriorē aut faciēbat ægritudine q; antipater uideret. Hunc enim non opere superuacuo/sed cum ipse conualuisset cogitabat occidere. Ad has ei calamitates accidit etiam populi quidā tumultus. Erant in ciuitate Sophistæ duo qui summe scire leges patrias uidebantur. Et propterea p omnem gentē maxima gloria prædicabatur/iudas filius Sephorei/& alter Margali Mathias. Hos non pauci adolescentium sectabantur/cum leges exponerent & in dies singulos puberum exercitus congregabant. Qui cum regem audissent mœrore ac morbo tabescere/apud notos loquebantur oportunū iam tempus esse ut deus uindicaretur/fabricataq; aduersus leges patrias opera destruerentur. Siquidem in templo nefas sit/imagines aut uultus aut cuiuslibet animallis cognomine simulachrum haberi. Hoc propterea dicebatur q; supra maximam portam templi rex aquilam collocauerat auream. Eamq; tunc monebant sophistæ ut tollerent pulchrum esse dicentes/etiam si quod idē periculum imineret pro legibus patriis mori non recusare. Sic enim decedētibz & animam immortalem & bonarum rerum sensum manere perpetuo/minus autem fortes/& sapientiae suae nescios amare animam/imperitiā magisq; morbo cupere quam uirtute defungi. Dum hoc illi dissererent rumor subito peruagatur regem fere iam mori. Vnde etiam confidentius adolescentes conamen adorti sunt/ipsosq; meridie cū plurima multitudo uersaretur in templo. crassis dimissi funibus aquilam ex tecto auream securibus abscindebant. Qua re statim regis duci nunciata/non parua ille manu comitatus ad templum cucurrit/& prope ad quadraginta iuuenes compræhensos regi exhibuit. Qui primum interrogati an aquilam ipsi auream concidere ausi essent fecisse confessi sunt.

Deinde quo iubente lege patria responderunt. Cum uero quid exularent tantum quibus mori immineret ab his quæreretur/quia post mortem bonis plurimis frui sperarent asseruerunt. His itaq; rex commotus magnitudine morbi superat/atq; in contionem procedit. Deinde multum in eos quali sacris legos inuectus/ & q; occasione legis patriæ quædam maiora tētaſſent ueluti impios supplicio dignos esse iudicauit. Populus autem motu ne p multos quæſtio irret præcabatur ut primū facinoris ſuaſoribus deinde in eo cōprehēſis pene ſubditis cæteris indignationē remitteret. Tandem igitur exoratus/ & ipſos rex qui ſunibus demiferant cū Sophiſtis uiuos incendit. Et reliquos qui una cōprehēſi ſunt/ obtruncandos carnificibus tradidit. Hinc totū corpus morbo occupatū uariis doloribus afficiebat. Nā febris qdem non mediocris erat/prurigo aut intolerabilis habebat omnem corporibus ſuperficiem. Aſſiduus enim nexabatur coli tormentis/pedesq; tanquā ex intercutis uitio timuerant. Quin & inflatio uentriculi putredog; teſticularum uermiculos generans ac præterea creber anhelitus/ & irrupta cum ſuſpiria/membrorūq; omnium contractio fatigabat/ut qui hæc ad diuinitatē referrens poenas eas eſſe dicerent ſophiſtarum. Ille aut quāuis cum tot uiriorum cruciatibus luctaretur/uitæ tantū cupidus erat/ & remediis excogitatis ſalutem ſperabat. Deniq; iordanē tranſgreſſus apud Caſſichon aquis calidis utebatur/quæ in lacū ſeracem bituminis quæ Aſphaltidis uocatur affluente p dulcedine potui ſunt. Vbi autem corpus eius q; medicis oleo calidiori ſoueri placuerat in arcam plenā demerſum ita diſſolutū eſt/ut etiā lūmina quali mortuus reſoluta torqueret. Deinde perturbatis qui eū curabant ad clamorē quidē illorum reſpicere iuſſus eſt. Deſperata uero ſalute militibus quin/quagenas dragmas multāq; pecuniā rectoribus atq; amicis diuidi iuſſit. Cū aut rediēs & ad hierichū ta ueniſſet. atra iam bili correptus & poene ipſi morti minitabatur factū nefariū excogitauit. Collectos enim cuiuſq; nici ex omni iudæa nobiliores in locū cui nomen eſt Hyppodromo concludi præcepit. Deinde Salomæ ſorore & alexandro marito eius ad ſe uocatis/ſcio inquit mortē meā feſtis gaudiis celebraturos eſſe iudæos. Verū per alios lugeri potero & præclariffimos honores ſepulturæ cōſequi ſi quæ præcipio feceritis. Hos uiros qui habentur in cuſtodia cum animā efflauero ſtatim militibus circūdatos occidite/ut etiam in uita omnis mihi iudæa/omniſq; domus illachrymet. Et ſimul his māt datis legatorum quos romā miſerat epiſtolæ ſūt allatæ. quibus acmen ancillam iuſſu Cæſaris interēptam/ & antipatrū morte damnatū eſſe iudicabatur. Qui & ſi pater eum in exilium dare mallet id quoq; permiſiſſe Cæſarem ſcriptū erat. Herodes aut paululum hoc nuncio recreatus dolorib; rursū uictus. Nā inedia tuſſiſq; pariter uiolentia diſtendebatur fatū præuenire conatus eſt/ ſumptog; malo etiā cutellum popoſcit/ſectum enim comedere conſueuerat. Deinde circūſpecto ne quis arbitet impediret/tanquam ſe percuſſurus dexteram iuſtulit. Cum uero Achiabus conſobriniſ eius ad/curriffet/manūq; continuiſſet/ululatus maximus in regia ſtatim quali rex mortuus eſſet excitatus eſt. Eog; propeſe audito antipater fiduciam repetit. Lætūſq; iam cuſtodes promiſſa etiā pecunia rogabat ut ſe ſolueret atq; dimitterent/quod eorum princeps non ſolū ne fieret obſtitit/ſed etiā regi ne lociter nuncianit. Ille aut fortius exclamans q; uires ægrotantis ualebant/continuo ſatellitibus miſſis occidit antipatrū/mortuūq; ſepeliri præcepit in Hyrcanio. Deinde rursū corrigit teſtamentum/ & ſucceſſorem quidem archelaum natu maximum antipatri fratrem ſcripſit tetrarchā uero antipam. Poſt interitum autem filii quinq; diebus exactis moritur/annos quidem trigintaquattuor ex quo interfecit antigonū regno potitus triginta & ſeptem poſtquā rex a Romanis declaratus eſt. Et in aliis quidem omnibus ſecunda fortuna uſus eſt ac ſi quis alius. Regnum enim quod priuatus ſibi quæſierat tanto conſeruato tempore filiis ſuis reliquit. In rebus autem domeſticis inſolenciſſimus fuit. Salomæ autem antequam recitaret mortem regis exercitus cum marito progreſſa uictos abſoluit / quos occidi mandauerat/ ipſum dicens mutaſſe conſilium & unumquēq; iuſſiſſe domum dimitti. Atque ita hiſ abeuntibus militibus indicatur. Quibus in contionem cum alia turba in amphiteatrū apud hierichunta collectis. Ptolomæus annuli regis cuſtos/quo ſignare ſolitus erat. & fortunatum illū eſſe coepit dicere/ & multitudinem conſolari. Relictamq; ab eo militibus epiſtolam recitauit in qua multum rogabat/ut benignolo animo ſucceſſorem ſuum ſouerent. Deinde poſt epiſtolam teſtamentum legebat/in quo philippum quidem heredem Trachonitidis proximarumq; regionum. Tetrarcham uero ſicut ſupradiximus antipam Regem autem archelaum ſcripſerat/eidemque anulum ad Cæſarem ferre mandauerat/obſignatamq; regni adminiſtrati noticiam. Omniumq; nanq; diſpoſitionum ſuarum dominum & confirmatorem Cæſarem eſſe uoluit/cætera uero ſeruari iuxta ſuperius teſtamentum. Quo perſecto conſeſſim clamor ſecutus eſt omnium archelao gratulantium/ militeſq; per cuneos & populos adeuntes ſuamque promittebant denique benignolentiam præcabantur. Hinc ad ſepeliendum regem operam contulerunt. Nihil autem munificentie prætermiſit archelaus/ ſed omnem ornatum extulit regium in funeris pompa ducendum. Lectus quidem totus erat gemmis atq; diſſictus/thorus autem purpura uariatus/corpuſq; ſuper eum uelatum itidem purpura. Capiti autē diadema erat ipoſitū. Corona uero deſuper aurea/ſceptrumq; ad dexteram/ & circa lectum filiū tum propinqs

cum propinquis. Præterea satellites agmenq; Thracium/Germanumque & Galathæ uelut ad bellū instructi omnes antecedeabant. Cætera uero militum manus armata duces suos ordinu:q; principes sequebantur. Quægenti autem serui ac liberi odores ferebant/corpus autem per .cc. stadia portatum est in castellum herodion ibiq; secundum ipsius regis mandata sepultum est. Sic herodis quidem hic finis fuit.

De bello Iudaico. Liber secundus incipit.

Archelaus propter turbationes novas cogitur proficisci Romam/multos occidit die festo qui Pascha appellatur. relinquit Philippum procuratorem regni & curatorem familiariū regis/ratiōem administrationis reddit Cæsari archelaus/accusatur archelaus apud Cæsarem q; nomine tantū Cæsarem ostendisset regem non re ipsa/defenditur a Nicolao archelaus/& ad pedes Cæsaris se prosternit / Iudæi cum relictis ab archelao congregiuntur. Varus res componit petunt iudæi ut per indices res administrarentur/Cæsar non annuens his Archelaum tetrarcham fecit in media parte/pollicens regia dignitate donaturum/aliā medietatem regni/aliis duobus filiis Herodis dimisit/donauit Cæsar aliis muneribus cæteros filios & filias Herodis.

Cap. I.



Urbarum autem nouarum principium fuit Archelao Romam proficiscendi necessitas. Diebus enim septem in lugendo patrem cōsumptis/epulisq; feratilibus prolixè populo exhibitis. Hic autem mos apud iudæos necessarios multos ad inopiam redegit. Nam qui eum neglexerit impius æstimabitur/candida ueste indutus procedit ad templum. Ibiq; uariis fauoribus exceptus a plebe ipse quoq; in excelso tribūali solioq; aureo residēs humanissime uulgus admisit/eisq; & q; sepulturā patris sedulo curauissent gratias egit/& q; si bi quasi certo iam regi magnos honores adhibuissent. Verū se tamen ait nō potestate solū interim/sed etiā ipso regis noie tēperare/ donec a Cæsare sibi

fuerit confirmata successio/qui etiā testamento rerū esset omniū dominus constitutus. Idcirco enim se apud hierichunta uoluntati exercitus restitisse cum sibi diadema uoluisset imponere. Cæterū alacritate ac beniuolētia æque militibus etiā populo plenam se uicissitudinem relaturum si ab his quorū etiā imperiū certus rex declaratus esset. Studiūq; sibi esse/ut erga illos rebus omnibus parte melior appareret. His gaudia multitudo statim eius mentem magnis tentare petitionibus coepit. Namq; alii tributa leuari/aliū uectigalia tolli/quidā solui custodias acclamabant. Cunctis aut postulatis in gratiā populi facile annuebat archelaus. Deinde celebratis hostiis cum amicis erat in epulis. Ecce aut subito post meridiem congregati nō pauci nouarum rerum studiosi/ubi cōmunis luctus de rege cessauit/propria lamenta suscipiunt flentes eorū casum quos propter abscissam ex porta templi aquilā aureā Herodes morte dānauerat. Dolor aut non occultus erat/sed clarissimis quæstibus fletuq; iusto & plācitu ciuitas personabat nitorum causa uidelicet/quos pro tēplo ac legibus patriis interiisse dicebant. Eorū autem mortis poenas ab illis quos Herodes pecuniis donasset repetendas esse clamitabant/ ac primū quē his cōstituerat pontificem reiiciendū/aliūq; pietate præstantē/magisq; purum coaptari debere. Quibus & si monebatur archelaus ad ultionē/tamen eū uelut per professionis mortū cōtinebat festinatio/ne si multitudinē reddidisset inimicā motu eius impendiretur. Quāobrem monendo magis quā ui experiebatur sedare turbatos/missosq; magistro militū ut quiescerent rogabat. Sed illū seditionis auctores ubi ad templum uenit / priusquam uerbum faceret / lapidibus perturbarunt / & aliis post eū mulcendi sui gratia missis/multos enim allegabat archelaus iracundie omnia responderunt. Neq; si numero aucti fuissent/occisi fore uidebantur. Itaq; instante azymorū die festo qui apud iudæos Pascha uocitatur/plurima uictimarū copia plenus ifinita quidē ad tēplum ex agris multitudo religionis causa descendit/cū illi q; sophistas lugebant/in tēplo consisterent nutrimenta seditioni quærentes. Hoc aut mortu archelaus antequā omnē populū morbus iste corrumpere/cohortem militum & chiliarchū qui etiā seditionis principes cōprehenderent eo dirigit/ contra quos omne uulgus excitatū multos lapidū ictibus interfici sauius uero Chiliarchus uix elabatur. Et illi quidē statim ueluti nihil mali actū esset ad celebranda sacra conuersi sunt. Sed archelao sine cæde iam multitudo cōprimi posse non uidebatur. Quāobrem totū illis immisit exercitum pedites per ciuitatē simul omnes equitesq; per campū qui cum sacrificiis occupatos singulos inuasissent prope ad .iii. milia hominum occidunt/reliquā uero manum per muros proximos deiecerunt. Præcones aut sequebantur archelaum iussu eius unūquēq; ut domū rediret admonendo. Itaq; cūcti neglecta dei festiuitate abiire. Ipse autem cum matre necnon & Popla & ptolemæo & Nicolao amicis ad mare descendit reli-

C Ciiii

dō philippo regni pcuratore/ itemq; rerum familiarū curatore. Vnā uero egressa est cum filiis suis
 Salomae fratriq; regis filii genere/ specie quidem uelut archelao ad successionem firmandā adiumen-
 to futuri/ certa uero causa quae contra leges in templū dimissa fuerant delaturi. Interea fuit illis Cae-
 sare obuiā Sabinus Syriae procurator ad iudaeam ueniens ad pecunias custodiendas Herodis. Quē ul-
 terius progredi natus inhibuit multis accitis Archelai praecibus intercedente ptolemaeo. Et tunc qui-
 dem Sabinus in gratiā Vari neq; ad arces uenire properauit neq; thesauros paternae pecuniae clausit
 archelao/ sed usq; ad cognitionem caesaris se otiosum manere pollicitus apud Caesar eam commora-
 batur. Postea uero quā sibi obstantiū unus antiochia perit/ alter hoc est archelaus romam nauigauit/
 mature profectus in Hierosolymā regiam tenet/ custodiq; principibus idemq; dispensatoribus euo-
 catis/ rationes pecuniarum discurrere conabatur/ & arces occupare tentabat. Non tamen immemo-
 res archelai mandatorum custodes erāt/ sed in obseruando singula quaeq; perseuerabant/ causam cu-
 stodiae magis Caesari quā archelao tribuentes. Cum hoc autem antipas quoq; de regno certabat/ po-
 steriore superius herodis testamentum firmitus esse defendens in quo rex ipse antipas fuerat scriptus
 ei; tam Salomae quam multi alii cognati qui cū archelao nauigarent suffragio esse promiserāt. Du-
 cebant autē secū matrē fratremq; nicolai Ptolemaei in quo pro fide apud herodē probata non nihil uti-
 debatur esse momentū. Namq; illi fuerat amicorum carissimus. Oratori autē Irenaeo propter dicen-
 di acrimoniam plurimum confidebat unde etiam qui se monerent ut archelao pro aetatis merito &
 secundi testamenti uoluntati cederet audiendos esse non censuit. Romae uero migrauerunt ad eū cū/
 eorū studia propinquorū quibus inuicis erat archelaus/ quiq; praecipue liberi omnes sui; iuris esse
 cupiebant/ & aut romano magistratu administrari aut si hoc non impetrarent antipam regem habe-
 re ad hoc etiam Sabino petebatur antipas qui archelaum per epistolas accusauerat apud Caesarem/
 Antipā uero multū laudauerat itaq; digesta crimina Salomae & ceteri qui cū ea sentirent Caesari tra-
 diderunt & post eos archelaus gestorū suorum perscripta capitula patrisq; anulum per ptolemaeum
 rationesq; administrationis intromisit ad Caesarem. Ille autem praemeditatis eis quae ab utraq; parte
 dicerentur/ ubi & regni magnitudinem multitudinemq; reddituum animaduertit/ atq; insuper hero-
 dis familiam numerosam praelectis etiā Vari ac Sabini litteris optimates romanorum ad consiliū uo-
 cat. In quo tūc primū ex agrippa quoq; ac filia sua natū Gaiū sedere iussit filiū adoptiuū/ atq; ita pti-
 bus prosequēdi copiā dedit. Igic Salomes filius antipater. Nāq; is erat orator acerimus eorū q; aduer-
 sabant archelao/ accusationē proposuit insimulās archelaū quasi uerbis qdē nūc de regno uideret cō-
 tēdere/ re aut uera iādudū rex esset effectus/ & apud aures modo Caesaris cauillaretur/ quē iudicē suc-
 cessionis expectare noluisse. Nā post Herodis mortē quibusdā ut diadema sibi imponerent soborna-
 ris regis enim morte in solio aureo residentem partim ordines militiae permutasse/ partim condona-
 se p̄motiones/ & insup his omnia annuisse populo/ quae uelut a rege imperanda petiisset/ maximo/
 rūq; reos criminum quos pater suus uinxerat absoluisse quiq; ista fecisset/ modo regni umbram a do-
 mino postulaturus uenisse/ cuius sibi corpus ipse rapuisset/ ut non rerum/ sed uocabulorum dominū
 esse Caesarem demonstraret. Ad haec ei q; etiā locū patris assimulasset obiciebat/ cū interdiu quidem
 personam componeret in mœrorem/ noctu uero ad cōmestationes usq; potaret. Deniq; seditionem
 vulgi ex hac indignatione conflata esse dicebat/ totius autem orationis suae uires eorum multitu-
 dine qui circa templum caeli fuerant astruebat. Hos enim ad diem festum quidem uenisse/ ad ho-
 stias uero quas ipsi mactauerant crudeliter esse iugulatos/ tantumq; in templo funerum esse conge-
 stum/ quantum nullum ab externis illatum bellum implicabile congelisset. Itaq; huius crudelitatis
 Herode praesto ne spe quidem regi nunquam eum dignum esse uisum nisi cum sanae mentis inops
 erat/ anima deterius aegrotante q̄ corpore/ & quem in secundo testamento scriberet ignorabat/ pra-
 sertim qui priore testamento scriptum incusare nihil posset/ sed incolumi corpore omniq; uitio pur-
 gata mente fecisset. Vt tamen quis firmitus esse ponat morbo laborantis arbitrium ipsum se archela-
 um abdicasse regis dignitate/ multis in eam contra leges admissis. Nam qualem fore si acciperet a
 Caesare principatum/ qui anteq; acciperet tantū populū peremisset/ Occulta in hunc modū perfec-
 tus antipater multis ex numero circumstantiū propinquorū in singula crimina testibus exhibitis per-
 orauit. Surrexit autē Nicolaus defensor archelai & ante omnia eadē in tēplo necessario factā esse p-
 docuit. Nā quorū necis augetur/ nō regni solū sed etiā ipsius iudicis idest Caesaris hostes fuisse/ alio-
 rum aut criminū suafores aduersarios demonstrauit. Secundū uero testamentū iccirco ratū manere
 postulabat/ q; Herodes in eo successoris sui firmatorē Caesare constituisse. Nā qui tantū saperet in re-
 rū domino potestas succederet. Nec unq; in Herodis errasse iudicio/ sed sano corde quē constiteret
 elegisse qui per quem cōstitui deberet non ignorauit. Cum aut omnibus expositis etiā nicolaus per-
 orasset in mediū pgressus archelaus ad gēua Caesaris accedit otiose. Quo benigne a Caesare erecto/
 eo q; paterna qdē successionē dignus esset ostendit certū uero nihil pronūciauit. Sed illo die dimisso
 cōsilio/ secum ipse de cognis deliberabat/ utrū ex his qui testamēto cōtinerētur aliquē regni opora-
 teret cōstitui

teret cōstitui succēssorem/an toti familiæ distribui principatū. Multitudo enim personarum egerē subsidio uidebatur. Sed antequā de his quicquā statueret a Cæsare mater archelai Malithace morbo corrupta moritur. Et Vari litteræ de Syria prolatae sunt iudæos defecisse nunciantes q̄ natus ferre prospiciens Hierosolymā postquā archelaus nauigaret ascendit ut incēsores seditionis cohiberet. Et quia multitudo cessatura non uidebatur ex tribus quas e Syria duxerat secū cohortibus unā in ciuitate reliquit atq; ita in antiochiā ipse remeauit. At sabinus cū postea in hierosolymā uenisset causas nouarū rerū iudæis præbuit modo uim custodibus ut arces sibi traderent adhibendo/nunc maligne regis exquirendo pecunias. Non autem solis relictis a Varo militibus fretus erat sed etiam seruo suorum multitudine/quos etiam omnes armatos auaritiæ ministros habebat. Festo autem quinq; a/gesima die quæ penthecoste a iudæis uocatur/septies septē diebus ex actis rediens ex eorum numero uocabulū nacta non religionis solennitas populū sed indignatio congregauit. Deniq; cōcursus infinitæ multitudinis ex galilæa idemq; Idumæa & Hierichūte trans iordanemq; positis regionibus factus est/cum indigena ex ipsa ciuitate populus iudæorū ex numero simul & alacritate præstaret/ & tripartita manu terna castra collocauerūt/una in septētrionali regiōe templi/ altera in meridionali Hippodromū uersus/ tertiāq; in occiduo prope regiam tractu circumfessosq; Romanos undiq; obsidebant. Sabinus autē multitudine pariter eorumq; spiritu perterritus/crebris quidem Varum nūciis præcabatur/ut quā mature ferret auxiliū quasi laniāda cohorte si qd moræ interuenisset. Ipse uero in altissimam castelli turrim quæ Phaselus uocabatur euadit fratris Herodis cognomē/ quē parthi necauerunt. Hinc militibus cohortis/ut in hostes irruerent signum dabat. Nam præ timore quibus ipse præerat descendere nullus audebat. Eius autem præceptis milites obediētes in templum uolantē meherementiq; cum iudæis pugna confligunt/in qua dum nemo desuper adiunaret imperitis belli peritūa superabant. Postea uero quā multi iudæi porticibus occupatis a uertice sagittis eos apprebant/ plurimi conterebantur/ & neq; ex alto iaculantes ulcisci facile poterant/ neq; communius dimicantes ferebāt. Ab utrisq; tamē afflictis succendūt porticus opere magnitudine atq; ornatu mirabiles. Ibiq; cum multi flamma subito compræhensi aut ea consumebantur/ aut in hostes desilientes ab ipsis occidebantur/ alii introrsum cedentes præcipitantur ex muro. Nonnulli desperata salute incendiū periculum suis gladiis præueniebant. Qui tamen ex moenibus obrepēdo in Romanos fecissent impetum moetu attoniti nullo negotio subigebantur/ donec omnibus aut interemptis aut timore defectis thesauro dei defensoribus destituto manus milites attulerunt/ & quadringenta ex eo talenta diripuerunt. Quorum quæ furto sublata non sunt congregauit Sabinus. At iudæos multo plures/ magisq; pugnantes tam uirorum quam opum interitus in Romanos contraxit. Obfessaq; regia minitabantur exitium/ nisi quamprimum inde secederent/ Sabino si uellet una cum cohorte militū abeundi copiā pollicentes. Quibus opitalabantur regaliū plurimi qui ad eos sponte transfugerant. Pars tamen bellicosior. Erat Sebastenorum tria milia. Hisq; Rufus & gratus præpositi unus peditum rector/ at nero equitum Rufus. Quorū uterq; ui corporis atq; prudentia/ etiam si nullam manū obediētem haberent/ magnum tantum momentum belli Romanis addidissent. Itaq; iudæi quidem instare obsidioni simul/ & castelli moenia tentantes & ad Sabinum clamantes/ ut nullo impediēte discederet habituros tanto post tempore patriam libertatē. Sabinus autem quamquam optaret euadere fidem tamen pollicitationibus non habebat sed eorum lenitatem insidiarum esse illecebram suspicabatur/ simulq; auxiliū Vari sperans obsidionis periculum perferebat. Eodem tempore per iudæam plurimis locis tumultus erat multoq; ad regni cupidinem tempus impulerat. Nam in idumæa quidem duo milia ueteranorum qui sub Herode militauerunt congregati armis instructi cum regalibus decertabant. Quibus achiahus regis consobrinus ex uicis monitissimis repugnabat campestre prælium declinando. Inferiori autem Galilææ iuda filius Ezechiae latronum principis ab Herode quondam rege capti/ qui tunc illas regiones uastauerat/ non parua multitudine collecta raptisq; regis armentariis/ & omnibus quos circa se habebat armatis cōtra potentiæ cupidos manus mouebat. Trās flumen quoq; Simon quidam ex regalibus seruis pulchritudine simul & uastitate corporis fretus imposito sibi diademate cū latronibus quos congregauerat ipse circumiens/ & apud Hierichuntā regiam/ & multa alia magnifica diuersoria igni corripit/ facilem sibi prædam ex incendio comparans. Omnesque habitationes in quibus aliquid decoris erat concremasset nisi Gratus regionum peditum rector ex Trachone sagittarios itemq; Sebastenorum pugnatissimos dicens properasset occurrere. Vbi peditum quidem in pugna multi consumpti sunt/ ipse autem Simonem compendio præuenit ardua ualle fugientem/ & ex transuerso percussus in uertice deiecit. Incensæ sunt autem & quæ cuncte iordani proxima fuerunt sedes regie apud Betharamathem quorundam aliorum manu conflata ex locis ulterioribus/ tunc etiam pastor quidam cui nomen erat Gaius regnum affectare ausus est/ quod ut speraret in corporis animæque fiducia mortem contemnentis impulsus est. Ac præterea fratrum sibi similitum robore quorum singulis tanquam ducibus & Satrapis attributa

attributa manu armatorum ad incursum utebatur. Ipse autem veluti rex maiora negotia procurabat. Et tunc quidem sibi etiam coronam imposuit/non paruo autem post tempore cum fratribus suis nascendo territoria & occidendo precipue Romanos itemque regiones perseuerauit/cum nec iudeorum quicquam effugeret/qui lucrum aliquod ferens uenisset in manus. Ausi sunt autem apud Amathunta compertum Romanorum agmen obsidere/qui frumenta cohorti atque arma portabant. Vbiarium quidem centurionem & xl. fortissimos iaculis confecere. Caeteri uero in periculo constituti sumilia sustinendi auxilio Grati qui cum Sebastenis aduenit elapsi sunt. Multis in hunc modum contra indigenas itemque alienigenas per omne bellum gestis post aliquod tempus tres ex his comprehensi sunt natu quidem maximus ab archelao. Duo uero qui aetate sequebantur in manus Grati ac Ptolemæi delati. Nam quartus archelao pacatione concessit. Sed hic finis eos postea secutus est. Tunc autem latrociniali bello cuncta inflama bant iudeam. Varus autem acceptis Sabini & principum litteris toti cohorti metuens opem his ferre properabat. Itaque cum duabus reliquis cohortibus & quattuor aliis equitum in ptolemaida profectus eodem regum atque optimatum auxilia conuenire iussit. Ad hæc a Berythiis etiam cum per eorum transiret oppidum mille & quingentos accepit armatos. Vbi uero in ptolemaidem tam cætera manus auxiliorum quam propter herodis inimicitias aretas rex arabum non cum exiguo numero equitum perditumque peruenit. Statim exercitus partem in Galilæa quæ ptolemaidis propinquior erat dirigit amicum suo Caio his rectore præposito. Qui mox & aduersus quos ierat omnes in fugam uertit & Sephorim ciuitatem captam ipsam quidem incendit/incolas uero eius seruitio subiungauit. Varus autem ipse cum omni Samaria potius ciuitate quidem abstinuit/que inter aliorum turbas nihil eam mouisse deprehendit. castris autem ad nicum positis qui appellatur aron ptolemæi possessionem propterea direpta a barbaris & ab amicis Herodis qui ptolemæo insensu erant. Inde Sapho progreditur alterum uicini cum tutissimum/quem similiter omnesque redditus ibi repertos fuerant depopulati. Cædis autem ignisque plena erant omnia/nec prædæ Barbarorum quicquam obstabat. Exusta est autem Emaus iussu Vari nec cessarii cæterorumque indigne ferentis habitatoribus eius fuga dispersis. Hinc progressus ad hierosolimam cum exercitu solo uisu iudeorum castra disiecit & alii quidem per agros abiire fugientes. Qui uero intra ciuitatem debebant suscepto eo seditionis causas in alios conferebant/nihil quidem se pernituisse dicentes sed propter diem festum receptam necessario multitudinem in ciuitate obsessos esse se potius cum Romanis quam cum seditiosis conspirasse. Ante uero obuiam ei uenerant iosephus archelai consobrinus & cum Grato Rufus agentes exercitum & Sebastenos & ex Romana cohorte milites ornatos ornatu consueto. Sabinus enim nec in eos Vari uenire passus iam dudum ex ciuitate ad mare discesserat. Varus autem dispartitum aduersus auctores tumultus per agros dimisit exercitum multisque sibi exhibitis/quos minus turbulentos inuenisset custodiæ tradidit maxime uero nocentium prope ad duomilia crucifixit. Adhuc autem super Idumæam superesse decem armatorum milia nuntiatio. Confestim arabas domum redire iubet/quia eos non auxilantium more uti militia sed pro sua libidine & ultra quam ipse uellet agros uastare perspexit/suis autem conuocatis agminibus in aduersarios properabat. Verum illi se uaro antequam in manus uenirent achiabi consilio tradiderunt. Varus autem multitudini uenia data duces eos interrogandos misit ad Cæsarem. At ille cum ignouisset cæteris/non nullos regis cognatos/erant enim quidam inter eos Herodis propinqui/supplicio subiugari præcepit quia omnino contra regem suum arma coepissent. Varus autem hoc modo rebus apud hierosolimam compositis eademque cohorte quæ dudum in præsidio ciuitatis fuerat ibi relicta antiochia abiit. Romanæ autem archelao alia rursus cum iudeis causa conflata est/qui ante seditionem permissu Vari legati exierant ius genti suæ liberum petituri. Erant autem numero quinquaginta qui uenerant astantibus una cum populo qui Romæ degerent octo milibus iudeorum. Itaque conuocato a Cæsare optimatum romanorum amicorum concilio in palatii apollinis templo quod priuatum ipsius erat ædificium admirandis opibus exornatum/multitudo quidem iudeorum constitit cum legatis contraque archelao cum amicis. Cognatorum autem amici ab utraque parte secreti aderant. Nam & cum archelao stare propter odium atque inuidiam recusabant & cum accusatoribus conspici pudore Cæsaris prohibebantur. Inter quos erat etiam philippus archelai frater beniuolo animo duabus ex causis præmissus a Varo ut & archelao subueniret & si regnum herodis nepotibus distribui placuisset/partem aliquam mereretur. Iussit autem accusatores exponere quæ nam contra leges fecisset herodes/primum non se regem sed omnium qui usquam fuissent/tyrannum crudelissimum tolerasse dicebant. Deinde multis ab eo trucidatis ea pertulisse supstitites ut beatiore mortui putarentur. Non enim tormentis solum eum lacerasse corpora subiectorum sed etiam gentis suæ ciuitatibus deformatis exterius ornauisse/populisque alienis iudeæ sanguinem condonasse. Pro antiqua uero foelicitate ac patriis legibus nationem suam tanta egestate simul ab eo/atque iniquitate repletam prorsus ut plures ex herode clades paucis annis sustinuerint/quam omni æuo maiores sui postquam ex Babylone discessere perpessi sunt. Xerxes tunc regnante ad discordiam concitati. Verum se tamen ad hanc mediocritatem & aduersæ fortunæ consuetudinem processisse

tam palam quā si gloriaretur exercuit. ac velot non ad regendam provinciam sed ad damnatorum poenas carnifex missus neq; rapinarum ullum morem nec afflictionū prætermisit. in miseriis aut crudelissimus erat in turpibus vero impudētissimus. neq; enim quis illo amplius offendit fallacia veritate neq; cōmentus est callidiores nocēdi vias. Hinc siquidē uirum illatis dispēdiis lucra quærere exiguum uisum est. sed totas simul dispoliauit urbes & labe populis inferebat solum non uoce per totam regionem edicēs liberum esse omnibus latrocinari dum ipse prædæ acciperet portionē. Deniq; ob illius auaritiā contigit totam poene deseri regionē ita ut plurimi sedes patrias relinquentes ad externas provincias cōmigrarent donec aut in Syria Cestius Gallus puinciā regebat neq; ausus quispiā iudeorū est aduersum Florū ad eū mittere legatos. Cū uero instante aymorū solēnitare ipse Hierosolymam uenisset occurrens multitudo quæ facile triecies centum milium fuit præcabatur ut gētis suæ calamitatibus subueniret. & pestem illā provincie Florū ut eiiceret clamitabat. Qui tantū cum sub populi ore esset & Gallo assisteret nō solū nihil mouebatur sed uoces illas etiā deridebat. Cestius tātū cōpescens impetū populi & edicēs quod deinceps placatiore esse Florū redderet regressus est antiochiā. Deduxit aut eū usq; ad Cæsare Florus illudēs mēdacis & iudeorū genti bellū sedulo cōmiscens quo scilicet solo iniquitates suas occultum iri posse credebat Pace siquidē permanēte habitu rū se apud Cæsare accusatores. Iudæis uero defectionē negociatus fuisset maiore ut quæ malo abduenda a se esse inuidiā peccatorū minorum. Igitur ut gens a Romano abrupteretur imperio sedulo diem augebat calamitates.

Fuit quæstio in Cæsarea inter iudæos & Cæsarienses de Synagoga Iudeorum quia impediébatur ad illuc accensum locū dū q erat pfectus egri pgebat sedare tumultū. recedūt iudæi in Nabata cū libris legis primates iudeorū ad Florū accedunt cōquerentes quos iubet uinciri ppter ablationē librorū legis ex hoc oriuntur iurgia maxia apud Hierosolymas accusatur florū & eius timore populus effugit. florū s dignatus sedēs p tribunali militibus pcepit ut Forū uenaliū diriperet / unde multi interfecti & spoliati & domus omniū dirutæ sunt.

Cap. XIII.

Per idem tempus apud Neronem Cæsarienses uictores extitere. Decretumq; istud contra litteras attulerunt per quæ hoc bello iudaico dabatur exordium. Duodecimo scilicet anno regni neronis septimodecimo aut regni agrippæ mense maio. Ad magnitudinem aut excitatorum de eo malore nequaquā idoneas causas habuisse depræhēditur. In Cæsaria siquidem habitantes iudæi habebant Synagogam prope agrum cuius erat dominus gentilis quidē Cæsariensis & frequenter quidam egerant ut ad illorum ius illa possessio iungeretur multis partibus maius præcium quam res meruerat offerentes. Dominus aut loci non solum præces eorū despexisse cōtētus. Sed ad maiore dolore ædificauit in loco tabernas ita ut angustū eis transitū relinqueret. Primū igitur feruentiores aliqui iuuenes profluentes ædificationem uerabant. cum uero florū hos a prohibendo cohiberet non habentes iudeorū nobiles quid agerent inter quos erat Ioannes Telones inflectunt florū oblatione octo talentorum ut ædificationem ueraret. Ille aut ob capiendam tantummodo rem promittens se cūcta facturum accepta pecunia statim de Cæsaria egresus est abiitq; in Sebasten seditioni tribuens facultatem quasi qui pugne spaciū iudeorū primatibus uendi disset. Sequenti aut die quæ apud iudæos Sabbatum est cum plebs ad Synagogam coisset seditiosus qdam Cæsariensis uas sanctum ante ingressum eorū ponens alikes immolabat. Hoc factum iudæos incoercibiliter accendit & legem suam quippe contumeliā pertulisse locum ipsam dicebant fuisse pollutum. Pars aut iudeorū quæ erat constantior atq; moderatior denuo iudicibus esse conq̄uerendū rebatur. Seditiosi aut & inuēture turgentes iudæi effandebantur in litem. Strabāt autem ad confligendū parati etiam Cæsariensium tumultuosiores. Ex consilio quippe directus fuerat qui pro Synagoge foribus immolaret. Sicq; cōtinuo ex pugna commissa. Interueniens aut iocūdus qui ad prohibendum erat relictus præfectus equitum. uas illud quidē quod positū fuerat iussit auferri & tumultum sedare pergebat. cum uero superatus esset præ Cæsariensium uiolentia iudæi statim libros legis rapientes secesserunt in nabata (regio quædam eorum hoc nomine appellatur. di rempta cæsaria stadiis sexaginta). Primates aut eorū duodecim cū iohanne in Sebasten ad florū uenerūt de his quæ acciderant conq̄uerentes & ut auxilio esset rogabant quamuis reuerenter tunc eum de octo talentis admonentes. Ille uero illico comprehensos eos uinciri iussit arguens cur leges de Cæsaria auferre ausi fuissent. Pro hoc igitur apud Hierosolymas grauissima iurgia nascebantur. Verum tamen adhuc indignationē suā frenabant. Florus uero quasi ad hoc operam suam locasset ut bellū infestaret misit ad sacrū thesaurū ut i decē & septē talenta auferentur quasi eā pecuniam ipse Cæsaris flagitaret. Tunc uero statim inuasit populum multa confusio concurrentes ad templum maximis uocibus nomē Cæsaris appellabant ut a tyrānide florū liberarentur orantes. Quidā aut seditiosorū in flōge maledicta iacebant ultima & canistrū circūferentes stipē eius noie postulabāt q̄si inops & miserimus talibus idigeret auxiliū. His aut omnibus nihil est a cupiditate detentus sed multo magis

magis ad depredandū irritatus est. Deniq; cū debuerat Cæsariā ueniens ignē belli illic nascentis exi-
guere/causāq; tumultū submoneret / p quo ē pecuniā acceperat pactus/tantū cū exercitu equitum
atq; peditū Hierusalē contendit ut Romanis ad quā uolebat ireretur/ac timore & minis urbē nuda-
ret. Tunc populus lenire eius impetū uolēs obuiā militibus processit/cū solitis utiq; fauoribus & Flo-
rum honorare officiis paratus. Ille uero præmittens cū equitibus. L. Centurionē noīe Capitonē disce-
dere eos iussit. Neq; eū in quē tā grania maledicta iecissent/falso denuo honore deluderent. Oportere
quippe eos si uiri sunt fortes animisq; constantes etiā in præsentē effundere contumelias/nec solū eos
in uerbis/sed ē in armis amorē libertatis ostendere. His dictis exterrita multitudo simul etiā equiti-
bus/q cū Capitone uenerant/in mediū uulgus irruentibus diffugerunt/antequā Florū salutarent/ aut
militibus officia cōsuea redderent. Discedētes igit i domos cū metu atq; humilitate puigilē duxere
noctē. Florus aut tunc quidē deguit in regia. Postridie aut aduersum eos extracto tribunali sublimis
reledit/cōuenientēq; sacerdotū principes & ciuitatis uniuersa nobilitas astiterunt tribunali. His præ-
cepit Florus ut oēs q maledicta in eum succlamassent protinus dederent edicens in ipsos esse/nisi eos
produxerint iudicandū. Ad hæc respondēt iudæi/populum quidem pacifica quēq; sentire/illis uero
qui errauissent in uerbis ueniā conferendā postulabant. In tanta siquidē multitudine nihil esse miran-
dū offendi aliquos temerarios/& per ætatē insipientes/esse aut impossibile eorū qui deliquerit disceri
men agitari/cū & singulos nimirū pœniteat/& per timorē ad negandū sint parati. Debere tantū illū
si cōsuleret gentis quieti/& uellet Romano imperio seruare urbē. Magis pp multos innoxios dare
ueniam ēt paucis delinquentibus quapropter paucos delinquentes improbos pturbare multitudinē
tantū bonorū. Ad hæc uero ille magna indignatione inflammatu militibus exclamauit/ut forū uena-
liū quod erat in superiori parte diriperent/ac passim obuios trucidarēt. Illi uero ad lucri sui cupidita-
tē addita auctoritate rectoris/nō solū illū diriperunt locū in quē fuerāt imissi/sed in uniuersas insilen-
tes domos interficiebāt habitatores. Fuga aut erat p angiporta oīa & cædes eorū qui cōprehēdeban-
tur/directionis quoq; nulla species ptermittebat. Multos aut etiā nobilē cōprehēdentes adduxerūt
ad florū/quos ille uerberibus laniatos in crucē sustulit. Deniq; oīs numerus illo interfectorū die cū par-
tulis/& mulieribus/neq; n. lactantibus pepercerāt fuit ducēti & .xxx. graniorē aut faciebat calamita-
tē uideri nouitas Romæ calamitatis/q. n. nemo unq prius tūc Florus ausus ē/ut uiros. l. eqstris ordi-
pro tribūali flagellis caderet ac patibulis affigeret. Quoq; & si origo iudæa tñ romana dignitas erat.

Rex quidam Agrippa alexandrum proficiscens/inuenit germanam suā Beronicem/uidens iniqui-
tatem militum misit ad Florū ut a sede desineret/qui uoluit immo peiora operatur uenit Hierosoly-
mam & uota deo exoluit/regina uero Florum præcatur.

Cap. XIII.

P Er idem tēpus rex quidam agrippa alexandriā profectus/ut alexandru q ægyptū pcura-
bat/misus a Nerone iure hospitii cōueniret. Germanā aut suā Beronicē hīerosolymis in-
uentā & iniquitatem militum uidentem grauis pro hac angor inuaserat/& frequenter q/
dem præfectos equitum inoq; custodes corporis mittens ad florū præcabatur/ ut a cædē
desineret. Ille uero neq; in multitudinē interfectoq; neq; in nobilitatē pcatricis/sed tantū in lucra sua
quæ de rapinis congregarentur aspiciens contēplīt annuere. impetus aut militū in reginā efferratus ē.
Nō solū quippe sub oculis eius obuios quoq; multabant/sed etiā ipsam nisi confugisset in anulā irer-
fecissent. ibi aut peruigilē noctē cū intenta custodia egit uerens utiq; irruptionē militū. Venerat autē
Hierosolymā ut uota deo solueret. His enī q morbo uel alijs necessitatibus iplicantur/ mos est ora-
re p triginta dies antequā imolent hostias abstinere quoq; uino & capillos radere. Quē morē Beroni-
nice Regina exercuit diebus/ Nudipes ēt ante tribunal stetit deprecās florū/& præter quod nullo
honori habita est & etiam de uita sua periclitata est.

Multitudo clamat contra Florū/primates sedant multitudinem/ florus uidens multitudinem se
datam nonam querit insurgere discordiam/multi occiduntur per Romanos sed desperatione du-
ctus populus irruit in Romanos/quos expulit ex urbe/uidens florus nihil posse agere ab urbe digre-
ditur Cæsariam uenit.

Cap. XV.

I Nec autem facta sunt sextodecimo die mensis Maii. Postridie autem conueniens multi-
tudo in forum quod erat in superiori parte ciuitatis conflaens magnis clamoribus de his
qui interfecti fuerant quærebantur. Potissimum autem inuidiosæ in Florum voces erant:
q ueriti primates quique & pontifices disruptis uestibus & niritim singulos compræhen-
dentes postulabant/ut ab his uerbis quorum causa mala tanta pertulerant desinerent/neque in ma-
iorem indignationem Florum mouerent. Sicque sedata est multitudo / tam reuerentia præcantium
quam spe q nequaquam Florus ultra in eos sauiet. Ille autē uidens multitudinem esse sedatam au-
gebatur/& denuo eā inflammare cupiens pontifex cū nobilibus aduocauit. itaq; anm ait argumentū
fore q nihil ulterius denouandis rebus populus cogitaret. si obuiam procederet militibus de Cæsa-
ri.

D iii

ria uenientibus/ueniebāt autē duæ cohortes/qui cū uocasset populū ad occurrēdū mandat centurio-
nibus/ut nullā salutationē redderēt obuiantibus iudæis/Ad quod si offēsi petulāter qppia essent lo-
cuti statim in eos uterētur armis. Pontifices ergo collectā multitudinē in tēplo præcabantur ut occur-
rerent romanis & ante grāue incōmodū cohortes solenniter salutabant. His hortationibus seditiosi
quiq; annuebant/& ob interfectoꝝ dolorem reliqua multitudo iungebatur audacibus. Tunc uero &
ois sacerdos omnesq; leuitæ sacra uasa proferentes/ornatūq; templi/citharistæ etiā & cantores cū mu-
sicis organis procedebant ante multitudinē/& obnixissime præcabantur ut illū tēpli honorē custodi-
tū esse uellent/neq; ad direptionē uasorū sacrorū Romanos cōtumeliis incitarent. Erat autē uidere ip-
sos sacerdotū principes sparsis cinere capitibus & pectora diruptis uestibus nuda monstrantes nomi-
natim singulos quosq; nobiliū compellere/ac denuo in cōmune multitudinē præcari / ne ob modicū
peccatū patriā suā proderēt his qui direptioni eius inhierent. Quā. n. utilitatē uel militibus esse de
iudæorū salutatione tribuendā uel illis quæ acciderant correptionē si in præsentī prodire cessassent.
Ac contra si officiose susceperint solenniterq; uenientes auferri Floro occasione pugne / ipsos uero
saluare patriā suā & providere. Ne quid ultra quam pertulerāt experirent. His addunt quoniā paucis
seditiosis si tanta multitudo iungatur quo magis ad pacificū consiliū sua debuerint auctoritate trās-
ferre. Tali hortatū multitudinē inflectentes/etiā ipsos seditiois auctores/quosdam quidē minis/quos-
dam autē sui reuerentia mittigauerunt/ac deinceps præcedentes cū quiete omni populo sequente mi-
litibus obuiam prodierunt. Iamq; cōminus factos salutauerunt. Illis autē nihil respondentibus sediti-
osii iudæorū aduersum florū cuius hæc fierent consiliis succlamauerunt. Cōfestimq; milites cōpræ-
hēdentes eos cadere iussibus adhorti sunt/atq; in fugā uersos psequētes equites proculcabant. Cor-
ruebant autē multi quidē cū a Romanis caderentur/plures autē cū se mutuo propellerent. In ipsis autē
portis grauis facta est cōpræssio/& unoquoq; alterū præuenire cupiente tardior fuga cunctis fiebat.
Collabentiū uero erat durus interitus. Suffocati enī atq; conflati miseri disperibant/& neq; ad sepul-
turā quisquā proximis suis cognoscendus remanebant. Irruebant autē pariter milites imoderate eos
quos cōpræhēdissent/cædentes/& per ingressum quæ Bezetham uocatur detrudebatur multitudinē
transire cupientes/ut antoniā & templū obtinerent. Quos etiā florus consecutus eduxit de regia eos
qui secum erant. & in arcem transire nitēbatur. Frustratus tunc est eius impetus. Conuersos quippe
aduersum eos populus repugnat & per tecta euadentes obruebant saxis Romanos. Qui cū super-
ne sagittis uincerentur uenientibus/nec possent defendere multitudinem quæ per angustos arcēba-
tur ingressus/ad reliquū se exercitū qui erat in regia receperunt. Seditiosi autē uerentes ne superue-
niens denuo florus templū occuparet p antoniā ex tēplo ascendentes porticus ad templū per Anto-
niā cōtinentes interciderunt/quatenus auaritiā flori desperatione cōpescerent. Nā cū diuinis inhia-
ret thesauris proq; hoc in antoniā transgredi niteretur/ubi intercisas porticus nidit ab impetu con-
quirit. Et cōuocans sacerdotū principes/atq; curiā se qdē ait urbe digredi/præsidū tūc apud eos
relinquere quantū ipsi uoluissent/ad hæc illis respondentibus nihil nouandū fore si unā tantum relin-
queret apud eos cohortē. Dum tantū non illā quæ cum ciuib; pauloante conflixerat ob ea siquidē
quæ pertulere populum illis militibus insensum/cohorte sicut præcabantur mutata cum reliqua ma-
nu Cæsariam regressas est.

Florus non cessans iudæos apud Cestium accusat de defectione dirigitur tribunus Neapolitanus
ad hæc inuestiganda suscipitur a iudæis benignissime/& conquæritur de floro cognita inhumani-
tate flori/uirgus unū legatos fieri ad Neronem de crudelitate flori.

Cap. XVI.



Liud autem denuo pugne consilium comminiscens rettulit ad Cestium/& iudæos defe-
ctionis criminatus impudenti mendacio illos perpetrasse dicens quæcunq; eos pertulisse
constabat. Nec sane principes Hierosolymorū tacuerunt/sed & ipsi & Beronice ad Cesti-
um de his quæ inique in urbe egerat retulerunt. Ille autē susceptis litteris partis utriusq; qd
facto opus esset cum principibus deliberabat. Et quibusdam quidem uidebatur cum exercitu in iu-
dæam Cestium ire debere/& aut uindicare defectionem si fuisset admissa / aut magis fidos reddere
iudæos/eorūq; accolas. Ipsi tamen magis placuit aliquē de suis pīre/qui & negocia & consilia iudæo-
rum possit ei fideliter nunciare. Dixit eo tribunum Neapolitanū qui ab alexandria reuertēti agrip-
pæ circa ianniam occurrens/uel a quo fuisset directus nel ob quas causas indicat. Quo loci iudæorū
aut pontifices reliqui nobiles eorūq; curia adesse corauerant/ut regem circa. L'officia nonarēt. Po-
stea uero quæ congrua humanitate coluerunt cōquæsti sunt quam potuerūt flebiliter de calamitati-
bus propriis/& inhumanitatē flori explicauerunt. Quā licet argueret agrippas tamē ut ducis aucto-
ritati competeat inuentionē suā in iudæos transtulit/quosq; maxime miserebat uolens. s. frenare
eorū motus/ut p hoc ipsum quod uiderent nihil passi iniuriæ ab ultionis desinerēt appetitu. Ad hæc
ergo qcu neq; e gregiū erant/& pp sua fida desiderabant quietem/intelligebant regis redargutionem
esse plenā

esse plenā benignitatis. Populus autē Hierosolymorū sexaginta stadiis obuiā pgressus officiose agrippā & Neapolitanū suscepit. Lamentabantur tamen interfectos coniuges mulieres; quarū plangoribus reliquus quoq; populus ad lamenta cōuersus precabatur Agrippā ut genti consuleret. Succlamabāt etiā Neapolitano; ut ingrederetur urbē uideretq; quæ essent a floro gesta & ita ostendebant forū quodam desertū domosq; uastatas. Deinceps uero p agrippā suaserē Neapolitano ut is cū uno tantū famulo usq; ad Siloam rotā circuiret ciuitatē quatenus ipsis cognosceret oculis iudeos quidem omnibus aliis parere romanis; soli autē floro aduersari pp magnitudinē in eos crudelitatis. Ille igitur cū circūuisset urbē & mansuetudinis populi sufficiens documentum teneret ascendit in templū quo etiam multitudinem conuocauit. & plurimis uerbis fidē eorum cum circa Romāos collaudasset multa ēc ad conseruationē pacis hortatus adorauit eū eiusq; sancta in eo tamen consistens loco in quo licebat per religionē; sicq; regressus ad Cestū est. Vulgus autē iudeorū ad regē pōtificēq; conuersus petebat ut legati aduersum florū ad neronē mitterentur; neq; de tanta cæde tacentes suspitionē suæ defectionis præberent; uisuri quippe eos principes capiendorū armos; fuisse nisi præuenientes ostendissent illū esse qui dedisset exordiū constabat autē multitudinē non esse quieturā si legationē aliquis impedisset. Ad hæc agrippa ordinari quidē legatos qui flog; accularēt inuidiosum putabat; despicere autē iudeos in bella cōmotos neq; sibi expedire cernebat.

Aduocat contionem iudeorum & cōstituit in suggestu Beronicem germanam rex agrippa qui omnes hortatur iudeos ad quietem & patientiam dicens hæc non placere Cæsari neq; eos posse romanis obistere. qui toti orbi iam dominantur tandem acquiescit populus; uolensque persuadere ut floro obdiant; quousque successor ueniat; accensa multitudo ex urbe pepulerunt; ipse in regnum discessit.

Cap. XVII.



Aduocata igitur contione in xystum; & in suggestu constituens germanā suā Beronicē in Asamoneorū domo ea siquidem xysto imminabat cōtra superiorē partem urbis. Nā xysto templū erat ponte coniunctū eiusmodi orationē habuit. Siquidem non uiderem nos omnes ad pugnam cum Romanis esse concitados. Neq; populi puriorem sincerissimamque pacem uelle seruare. Neq; processissem ad uos; neq; consulere confusus essem; supernacua quippe de uilibus oratio quando omnium habitatorum conspirat ad deteriora consensus. Quomodo uero aliquos quidem ætas; malorum belli nescios facit; quosdam uero inconsiderata spes libertatis; nō nullos uero auaritia succēdit & in confusione rerum capiendum de minoribus lucrū quēadmodum ipsi ab hoc errore corrigantur; & non per paucorū improba consilia ēc boni dispareant existimaui oportere ut omnibus uobis in unū coactis ea exponerem quæ arbitror expedire. Perstrepet autē nemo si non ea audierit quæ ipsius fert libido. His siquidem qui sunt ad defectionē irrenocabiliter incitati; licebit etiā post meos monitus manere in pristina uolūtate. Mea autē etiā ad illos q audire cupiunt interciperetur oratio; nisi ab omnibus uobis silentium præbeat. Noni quidem quam multi & iniurias procurantiū prouincias & præconia libertatis quasi tragice prosequantur. Ego autē antequā discutiā qui sitis & contra quos pugnā suscipere tenteris; primum separabo causas quas connexas putatis. Si enim uiolutores uestros capitis ulcisci; cur libertatē magna laude sustollitis? Si uero istud ipsum seruare intolerabile ducitis superflua est aduersum rectores quærela. Et illis siquidē uel moderatissime agentibus nihilominus turpe erit seruire. Considerate autē singillatim & uidete quā exigua sit materia bellorum. Et primū quidem ipsa rectorū consideranda sunt crimina. Colere siquidem officiis nō exasperare oportet iurgis potestatem. Cū uero modicorum peccatorū; exprobrationes maximas facitis; aduersum uos profecto eos quibus infertis contumelias irritatis. Relinquentes quippe & quæ ante Claudio; & cum quadam uerecundia nocebant; palam uos confidenterq; populantur. Nihil autē ita plagas coherceret; ut patientia & uiolatorū quies quæ uigilantibus indicit pudorem. Fac autē eos qui a romanis in prouincias dirigantur esse grauiter molestos. Nō tamen etiam romani omnes uiolant uos; neq; ipse Cæsar aduersum quē pugnā uultis. Neq; enim ex præcepto illorū improbus ad eos quisquam uenit; neq; possant illi quæ in oriente geruntur positi in occidente conspiciere. Sed neq; facile ea quæ hic fiunt; illis audiuntur. Est autē importunissimū & propter exiguas causas tātis; & ea de quibus quærimur nesciētibus uelle configere. Et quidem nostrorū criminum cito erit futura correctio. Neq; enim unus idē prouinciæ semper curam tenebit & successores eius credibile est modestiores futuros. Motū autē semel bellū neq; deponere facile est absq; magnis calamitatibus neq; sustinere. Libertatis uero dona sitientibus prouidendū atq; certandū est ut principio non ea careant. Molesta enim est nouitas seruitutis quā ne utiq; seabeas iustum suscipi certamen uidetur. Qui uero semel subiectus est & deinceps deficit contumax magis seruus quam amator libertatis ostendit. Tunc igitur oportuit oīa agere ne susciperētur Romani cū in prouinciā Pōpeius intraret. Maiores uero uestri eorūq; reges pecunia corporibus aīa multo uobis meliores exiguæ pti uirtutis Romanæ obistere neq; uerūt. Vos autē q hæreditariā obedientia suscepistis rebus tā oībus ab illis qui primi paruere q longis

DD iiii

sine inferiores estis/ contra omne Romanū regnū obfistere arbitramini. Et Athenienses quidē q ob
græcorū libertatē patriā suā quondā ignibus tradidere/ qui superbissimū illū Xerxem per terrā na
vigantē/ per mare uero ambulantē & cuius classē non caperet amplitudo pelagi latiore aūt Eu
ropa duceret exercitū/ hunc inquit cū una nunc fugientē gloriosissime persecuti sunt. Circa parū aūt
Salamina qui tantas opes Asiæ confregere/ nunc tamen seruiunt Romanis/ & illam regiā Græciæ ci
uitatem administrant Italiæ iussiones. Lacedæmonii quoq; post Thermophylas & platæas & Agefi
laum asiam percrutatū eisdem dominos uenerantur. Macedones uero qui adhuc pœne libertatem
imaginantur Philippum uidere cum alexandro promittentē sibi orbis imperiū/ serunt tamen rerum
mutationem & adorant eos ad quos fortuna migrauit. Aliæ quoq; multæ gentes ad libertatē fiducia
subnixæ/ & multo maiores cesserunt tamē & obediunt. Vos autē soli seruire dedignamini his quibus
uideatis uniuersa esse subiecta? Cui militiæ/ quibus confiditis armis? Vbi classis uestra quæ peruagē
Romanorū maria? Vbi autē qui expensis possunt sufficere thesauri? Contra Aegyptios fore aut ara
bas existimatis nos bellū mouere? Non circūspicitis Romanorū imperiū? Non metimini uestram
imbecillitatē? Nōne scitis uestrā ciuitatē a cōterminis gentibus frequēter esse superatā/ illoꝝ autem
uirtus per totū orbem inuicta percurrit/ imo etiā hoc orbe plus aliquid quæsierūt. Neq; enim sufficit
eis ad orientē quidē totus Euphrates/ ad septentrionē uero Ister/ neq; meridiētenus solitudine Lybia
percrutata/ neq; in occidentē Gades/ sed ultra Oceanū aliū quæsierūt orbē. Vtq; ad Britānias iacces
sas prius arma & exercitū transtulerūt. Quid ergo? Vos ne ditiores Gallis fortiores Germanis/ pru
dentiores Græcis. Postremo plures estis omnibus in toto orbe degentibus? Quæ uos fiducia aduersū
romanos erigit? Sed dicit aliquis seruire molestissimum est. Ac quanto magis id Græcis/ qui uniuersis
sub sole habitantibus uidebantur præstare nobilitate/ & tam latam quondam provinciā possidētes/
tunc bis ternis fascibus romanorum obediunt. Paribus autē macedones obsequuntur/ qui certe multo
uobis iustius deberent libertatē tueri. Quid autē quingentæ Asiæ ciuitates? Nunquid non absq; ullo
præsidio uni tantūmodo rectori parent/ & fascibus consulis obsequunt. Quid autē pergā enumerare
Heniochos/ & Colchos/ & taurorū gentē/ Bosphoranos quoq; & habitantes circa ponti litora natio
nes Mæoticasq; gentes/ Apud quas nimirum olim neque domesticus aliquis dominus noscebatur.
Nunc uero militū subiiciuntur tantum tribus milibus/ & quadraginta naues longe innauigabile pri
us mare in pace custodiunt. Quanta Bithynia & Cappadocia & Pamphiliorum gens Lydi quoq; &
Cilices pro libertate dicere ualerent. Tamē nunc sine armis tributa pendūt. Quid autē Traches quoq;
quidem diebus in latum septē aūt in longū cōmeabilem provinciā possidentes asperioresq; multo
quam uestra est/ ac multis patribus fortioꝝ altissimorūq; gelu eos qui irruerint retardantem duobus
milibus Romanorum in præsidio manētib; obsequuntur. Post hos Illyrii usq; ad dalmatiā/ & istro
tensis incolentes duabus tantum legionibus obediunt/ cum quibus & ipsi impetus compescunt Da
corū. Ipsi quoq; Dalmatæ qui tam multa de libertate conati sunt sæpiusq; capri/ rursus cū maioribus
opibus rebellant. Nunc sub una Romanorū legione agunt quietem. Verū tamen si aliquos magnæ
causæ ad defectionē incitare deberēt/ Gallos potissimum oporteret assurgere/ quos uidelicet tantis
munimentis natura cōxisset. Ab orientali quippe plaga alpiū montibus/ a septētrionali Rheno flu
mine/ a meridie Pyreneis montibus ab occidente uero Oceano. Sed tali munitione gaudentes tre
centis & uiginti quinq; gentibus numerosi fontes aūt/ ut ita dixerim/ felicitatis domesticæ habentes
omnib; bonis totum pœne orbem irrigantes fuerūt/ nihilominus uectigales esse Romanorum/ ac
felicitatem suā in eorum felicitate reponere. Idq; sane ipsum/ non per animorum mollitiem/
nec propter ignobilitatē parentū quippe octoginta annos pro libertate pugnauerūt/ sed Romanorū
admirati sunt horrueruntq; cum uirtute fortunam/ qua illi plura sæpe obrinuere quam bellis. Deniq;
sub mille & .cc. militibus seruiunt/ quibus pœne plures habuerant ciuitates. Neq; Iberis nascens in
agris aurum ad gerenda pro libertate bella sufficit. Neq; tantum terrarum marisq; spacia. Romanis
diremptæ gentes Lusitani/ scilicet & cantabrorū arimania/ nec uicinus Oceanus/ etiam accolis suis
fragore terribilis satis fuit uincētib; Romanis/ sed ultra columnas Herculis protulerunt arma/ &
ipsas nubes Pyreæorum montium egressi uertices ditioni suæ subdiderunt Romani atq; ita pugna
cibus gentibus tantoq; ut prædixi spacio diremptis legio in præsidio una satis est. Quis uestrum nō
audiuit multitudinem Germanorum uirtutem quoq; & magnitudines corporum ut arbitror sæpe
uidistis. Siquidem ubiq; Romani earum gentium captiuos habent. Sed illi quidem ita ingentē spa
ciis regionem incolentes spiritus autem maiores corporibus gerentes & animam quidem conten
tricem mortis/ indignationes autem uehementiores feris/ nunc autē limitem Rhenum habēt/ & octo
Romanorum legionibus domantur/ & seruiunt quidem qui capti sunt/ reliqua autem eorum gens
uniuersa salutem in fuga non in armis reponit. Considerate etiam Britānorum muros qui Hieroso
lymorū confiditis muris. Illos siq; dem circūdatos Oceano/ & pœne nō minorē quā noster orbis est
habitantes Romani nauigantes redegerunt inditionē suā/ quatuorq; legiones tantæ magnitudinis
insulam

insulâ tuentur/ & quid opus est plura dicere/ cum etiam Parthi bellicosissimum genus tantis prius populis imperantes & tam magnis opibus circumdati obsides tamen mittunt Romanis/ estq; cernere sub spem pacis seruientem in Italia præcipuam orientis libertatem. Vniuersis quippe qui sub sole incolunt Romanorû arma ueneratibus uos soli bellû geretis/ Neq; Carthagenensû considerabitis finē/ qui magno illo Hannibale gloriantes & ex nobilitate Phœnicû stirpe uenientes tamen sub Scipionis dextera corruerunt. Sed neq; Cyrenæi Lacedæmone oriundi/ neq; Marmaridarû genus usq; ad Dapsidem protentû neq; terribiles etiâ audiētibus Syrtes/ Nasamones quoq; & mari & innumerabilis multitudo nomadâ uirtutes impedire romanos. Sed tertiam partem orbis terrarum/ cuius neq; numerare quidem nationes facile est quæ. Sab Atlantico mari & columnis Hercules usq; ad rubrû mare infinitos numero & locis æthiopes continet/ totam tamen susceperunt armis & præter fruges annuas quibus Romanâ multitudinem octo mensibus pascunt alia quoq; uestigalia pendunt. Expen-
sas quoq; deuotissimi imperio ministrant. Nihil de his quæ inuentur/ sicut uos contumeliosum putâtes. Equidem una cū illis tantû legio commoratur. Sed quid opus est longe peritis exēplis potentiam explicare Romanâ? Quom eâ possitis de uicina uobis ægypto diligēter inspicere. Hæc enim cū usq; ad æthiopas porrigatur/ opulentiâq; arabiam/ contigua quoq; sit indiæ quinquaginta & septingenta centena milia incolarû habens præter alexandrinorû plebē tamen uestigalia quoq; magnitudinē de censu singulorû capitû æstimari licet deuotissime penditans/ Romanû non dedignatur imperiû. Et certe quâ magnû stimulû defectionis habens/ alexandriâ scilicet multitudine & diuitiis abundante magnitudine quoq; non imparē. Habet siquidē in longitudine stadia. xxx. in latitudine uero non minus quâ decem/ tributorû uero multo amplius per menses singulos infert/ quam uos toto anno peditis/ & præter pecuniâ. iiii. mensium Romanæ plebi annonâ ministrat. Munitur aut undiq; aut in-
cometabili solitudine/ aut importuoso mari/ aut fluminibus/ aut syluosis paludibus/ quorû tamen omnium nihil Romana fortuna fortius fuit. Duæ etiam legionēs ciuitati insidentes profundâ ægyptum cū illa macedonum nobilitate frenant. Quos igitur in bella de solitudinibus aliquibus socios assume-
tis? Siquidem omnes qui in orbe habitabili degunt Romani sunt/ nisi forte quis uestrû spes suas ultra Euphraten porriget/ & Adiabenorû regionem gentiles suos æstimet adiutores. Porro nec illi propter irrationabilem causam tanto se bello implicabunt/ nec si tam probroso operi assensum dabunt Partus tamen sineret. Est siquidem ei cura tuēdæ cum Romanis amicitiz & arbitrabitur foedus esse temeratum si quis de his qui subiecti sunt eius imperio aduersum romanos in bello procedat. Super est ad diuinum confugiantur auxilium. Verum & hoc apud Romanos. Sine deo quippe impossibilis esset imperium tale cōsistere. Considerate autem quemadmodum hæc ipsa erga ipsam religionē immoderatio/ etiam si cū longe inferioribus bellû geratis/ tamē ad dispensandû sit uobis difficillima atq; eadē transgrediendo offendatis deum/ per quæ eum auxiliaturû putatis. Si enim seruetis Sabbatorum consuetudinem/ & ad nullû actum moueamini facile pfecto capiemin. Sic quippe etiâ maiores uestri experti sunt hos dies Pompeo ad bellum destinâre in quibus scilicet hi qui oppugnabatur etia gerebant. Transgredientes autem in bello legem patriæ nescio propter quid in reliquû dimicetis. Vna si qdē nunc uobis ieritio est/ ne qd de patria institutiōe soluat. Quemadmodû autē aduocabitis ad adiutoriû deû si cultû i debitu spōre uioletis? Assumunt autē singuli quicq; bellum uel diuinæ uirtutis uel humanis opibus confidentes. Cum uero utraq; hæc quantû ad ipsam pertinet consequentiâ defuerit/ in manifestâ utiq; captiuitatē uolentes pugnare prosiiliunt. Quid aut phibet propriis manibus filios uestros cōiugescq; laniare/ & pulcherrimâ inflâm ire patriâ. Erupentes siquidem in furorē lucrabimini uel ignominia superatorû/ bonû est o amice bonû est/ cū adhuc stat nauis in portu præcauere tēpestatem futurâ/ & nō eo tēpore quo i medias irrueris procellas ne ququam trepidare. His siquidem q in iprouisa mala iecerint superest/ ut non i digni uel miseratione uideantur/ q uero se in apertum discrimen iniecerint etiam exprobrationibus onerentur/ nisi forte aliqs uestrum æstimet secundû peccata conflict i ire. Romanos aut postquâ uicerint mediocriter uobiscum acturos/ & non in exemplo aliarum gentium sacram hanc urbem inflammaturos/ interfecturos autem uniuersum uestrû. Neq; eni q superfueritis armis usquam locum fugæ habebitis/ uniuersis/ scilicet gentibus/ uel iam habentibus Romanos dominos/ uel habere metuentibus. Periculum aut non solum in uos manebit/ sed etiam in reliqs ciuitatibus habitantes iudeos. Neq; eni est in toto orbe populus in quo non uestra portio sit/ quos certe omnes uobis rebellantibus eadē crudelissima diuersi q; conficient/ & propter paucorû uiciorû praua consilia/ uniuersæ urbes iudaico sanguinæ redun dabunt. Manet aut uenia eos qui talia patrauerunt/ q sicut mirû uestro uirio congregati. Si uero eadē exequi supersederint cōsiderate quam ipsi sit aduersum tā benignos arma nouisse. Subeat aut uos miseratione/ & si nō filior uestror atq; cōiugû/ saltē istius ciuitatis/ quæ mater urbiû uestræ regiōis uocat. Parcite moenibus sacris/ pcite uenerabilibus adyis/ tēplûq; uobis & sancta sanctor seruare. Neq; uultra uictores romani his abstinebunt quibus

quibus primo parentēs nullā receperunt gratiā. Proteſtor autē ego quidē ſancta ueſtra ſacroſq; ange-
 los dei patriq; communē quando nihil eorū cōſiliorū quæ uobis uiderim expedire ſubtraxerim uos
 autē decernētes/quæ oportet mecū in pace degeris. Si uero protuleritis iras abſq; me periculis ſubde-
 mini. His dictis aſtante etiam ſorore lachrymauit/ & multā partē de eorū impetu lachrymis infregit.
 Saccclamabant autē nō ſe aduerſum Romanos/ ſed aduerſum Florum ob ea quæ pertuliſſent pugnā
 gerere. Ad quos rex agrippa. Sed opera ueſtra inquit talia ſunt qualia aduerſum Romanos pugnan-
 tiū. Neq; enim Cæſari ueſtigal dedisti/ & Antonianas porticus incendiſti. Sapietis autē cauſam de
 ſectionis. Si & porticus denuo conſtruatis & tributa reddere matureris. Neq; eōim Flori hoc præſidi-
 um eſt aut pecuniā Floro dabit. His conſultis populus acquieuit/ & cum rege ac Beronice aſcenden-
 tes in templū porticus ædificare adorti ſunt. Per uicos & regiones principes decurioneq; diſperſi ut
 ſtigal colligebant. celeriterq; quadraginta talenta/ tantū enim erat reliquum redacta ſunt. Et belli q/
 dem imminentes minas eo tunc tempore agrippas compelſuit. Deinceps uero perſuadere populo tē-
 tabat/ ut parerent Floro/ donec ſucceſſor ei a Cæſare mitteretur. Ad quā orationē multitudo accenſa
 nec a uerborū in rege cōtumeliis temperauit ſed protinus eū urbe pepulerunt/ auſq; ſunt nonnulli ſe
 ditioſorum etiā ſaxa in eum iacere. Rex autē uidens tumultuantī irreuocabile imperiū & conquerē-
 tē q; cōtumeliis eſſet affectus. Princeps quidē eorū una cū aliis potēribus miſit ad Florū Cæſariā/ ut
 ipſe ex eis eligeret qui de tota regione ueſtigal exigerent. Ipſe uero diſceſſit in regnū.

Quidam eo ipſe inſurgunt & romanos oēs interficiunt. Eleazarus dux militū prohibet Romanos
 hoſtias immolare. Nobiles quidā hortant ne id fiat/ ad Florū deſtinantur legari/ & ad agrippam ut cū
 exercitu aſcenderent in ciuitatē diuiditur ciuitas in duas partes. quidā nobiliū & pontificū conſoge-
 runt/ quidam in cloacis latuerunt. Cap. XVIII.

P Er idem tempus quidā eorū qui bellū maxime mouebant congregati iruebant in quod-
 dā præſidiū/ quod uocabatur Maſada/ & occulte eo peruaſo Romanos omnes interſecea-
 runt. Alios autē de ſuis poſuerunt cuſtodes. In templo quoq; Hieroſolymorū Eleazarus qu-
 dam filius Ananiæ pontificis iuuenis audaciſſimus dux illo tempore militū pſuaſit his q;
 ſacrificiis miniſtrabāt/ ut nullius munus aut hoſtia qui non eſſet de ludæorū genere ſuſciperetur. Id autē
 erat Romani belli ſemen atq; materia. Reiecit ſiquidē hoſtias Cæſaris quæ pro Romano populo of-
 ferri ſolite erant. Plurimū autē ſup hoc pontificibus aliſq; nobilibus deprecatis ut nō præterirēt eū
 morē quo ſupplicabatur pro regibus. Nihil tamē acquieuerunt nō parū quidē & ſuæ multitudini cō-
 fidentes/ robur ſiquidem omnes res nouare cupientī eorū uoluntates iunabat/ maxime autē aſpi-
 ciebat ad Eleazarū qui per idē tempus ut dixi/ princeps erat. Conuenientes igit potētes quinq; cū
 pontificibus & phariſæorū nobiliſſimis/ & uidentes q; grauib; malis pergerent ſubiicere ciuitatē de-
 creuerunt ſeditioſorum animos expediri/ & ante portā quæ ærea uocat contione aduocantes erat au-
 tem in interiori parte templi poſita quæ reſpicit ad ſolis exortū/ ac primo quidē multa de temeraria
 eorū defectione conqueſti/ & q; tam breuiter bellū patriæ cōmouerent. Deinceps irrationabilitatem
 cauſæ ipſos arguebant dicentes maiores quidē eorū ornaſſe temp'ū ex magna parte de muneribus
 gentiū ſemperq; eorū qui foris eſſent populorū munera ſuſcepſiſſe/ & non ſolū prohibuiſſe aliquorum
 hoſtias id ſiquidē eſſe impiſſimū/ ſed etiā eas quæ uiſcerentur permanerēt quæ ad præſens uſq; tem-
 pus oblationes eorū in templi cultibus collocaſſe. At nunc eos q; Romana arma irritarent/ & deſpō-
 derēt eorū bella non ſtatuerent morē religionis atq; tunc in periculis etiā reā facere ciuitatē impietatis
 uideri ſiquidē ea ſit in qua præter ſolos ludæos nullus alter immolet externus. Neq; ad orandū ſinaſ
 accedere. Et ſiquidē circa unius alicuius priuati perſonā lex ferret eiſmodi poſſit nimirum iure nos
 inhumanitatis arguere. Nunc autem deſpiciuntur Romani/ & indicat Cæſar prophanus. Vnde uerē
 dum eſt/ ne qui immolandas pro illis hoſtias repellunt ipſi in reliquum etiam pro ſe ſacrificia probi-
 beantur offerre. Fiatq; uere extra principatū ciuitas niſi celerius reſipiſcentes reddiderint hoſtias/ ac
 priuſquam ad eos in quorum contumelia idē tentatum eſt huius auſus fama pueniat/ ſimul autē iſta
 dicentes producebant in medio ſcientiſſimos morū paternorū ſacerdotes quoſq; narraturos quomo-
 do omnes eorum maiores exterarum gentium ſemper ſacrificia ſuſcepſiſſent. Attendebat autem ne-
 mo res nouare cupientium his quæ dicebantur/ ſed neq; procedebant in medio altaris miniſtri ut bel-
 li materiam præpararent. Videntes igitur nobiles quiq; ſeditionem eo iam proceſſiſſe/ ut eorum non
 poſſit auctoritate compelſci/ & Romanorum armorum periculum ſe primos eſſe manſuros inquan-
 tum poterant conſulentes amoliri cauſas parabant & legatos quidem ad Florum miſerunt quorum
 erat princeps filius Ananiæ Symō/ alios autē ad Agrippā/ inter quos nobiliſſimi Saulus & antipas &
 Coſtobarus erāt qui etiā regē p̄pinq̄uitate t̄gebāt. Præcabant autē utrūq; ut cū exercitu aſcēderēt in
 ciuitatē & ſeditionē opprimerēt priuſq; ea intolerabilis fieret. Et Floro qdem malū illud quaſi bonus
nuncia

nuntius fuit uolensq; inflammare bellū nūllū respondit legatis. Agrippas autē pariter utrisq; parcēs. l. deficientibus uel is aduersum quos bellū mouebatur/nolensq; & Romanis conseruare indotos. & in// deis templū atq; patriā ad hęc autē nec sibi conducere talē conturbationē sciēs misit in auxiliū popu// lo equitū tria milia Auranitas Baranatos Trachonitas. Cū his autē erat præfectus equitū Darius/dux uero agminis Philippus iocimi filius. His uero uenientibus optimates quiq; cū pontificibus & omni multitudine quæ optabat quietē superiōrē occupabant ciuitatē inferiōrē siquidē & tēplum seditiofo rum manus tenebat. Missilibus igit & fundis indefinētibz utebantur & continuam erat emissio sa// gittarum ex utraq; s. parte. Erat autē quando ex insidiis procurentes cōminis dimicabant. Præsta// bant autē audacia quidē seditiosi/belli uero scientia regii pollebant. Et his quidē erat propositū ma// xime templū obtinere/ pphanatoresq; eius expellere. Seditiosis uero qui cū Eleazaro agebant ut præ// ter ea quæ obtinebāt etiā superiōrē inuaderent urbē. Per septē igitur dies gravis utriusq; partis caedes fiebat/ & neutri de eo loco quē tenebant depellebantur. Deinceps uero adueniēte ea festinitate quæ Xylophoria dicitur/ in qua mos est omnibus grandē lignorū materiā connehere ad templū/ quatenus nunquā igni deficiat esca/ semper enim inextinguibilis perseverat/ quōdam quidē cura religionis ex cludit. Inter infirmiorē aut uulgū multi irrumpentes sicciorū/ sic enim uocāt latrones gladios in sini bus gerentes audacissime utebantur opere quod adorti erant. Regii autē audacia & multitudine nin// cebantur. Ita superiōre ciuitate cesserunt/ cū illi protinus irruentes Ananiz pontificis domū/ & Agrip pæ ac Beronices palaciū inflammauerunt. Postquā ignem archiuo intulerunt uolentes omnia credi// torū documēta disperdere/ nec etiā unde ratio credita pecuniæ pateret atq; omnis ad eos debitōrum se iungere multitudo/ & aduersum locupletes quasi mœtu libertatis haberēt insurgendi liberā facul tatē. Fugientibus ergo chartarū publicarū custodibus ignem ædibus iniecerunt/ atque ita succensis ci uitatis neruis hostibus irruēbant. Quo loco pontificū atq; nobiliū quidā in cloacis latuerunt/ quidam uero cum regijs in superiōrē regiā confugerunt. portas celeriter obstruentes. Inter quos Ananias pon tifex & Ezechias frater eius erant/ & illa quos apud Agrippā ufos legatione diximus. Tunc ergo ui// ctoria quidem & inflammatione contenti cessauerunt.

Quintadecima die mensis Augusti fit impetus in Antoniam & omnes obfessos in eo p̄sidio capi// unt/ post regē accedūt exurūt turres. p̄cantur Manaimū ut liceat aufugere quibus concedit relictis so// lum Romanis intus q̄ confugiant in turres regias/ illi uero qui cū Manaimo erant/ irruētes illa loca diripientes stratopedam incenderunt.

Cap. XIX.

Postidie aut. xv. scilicet die augusti mensis fecerūt impetum in antoniā/ & oēs in eo præ// sidio agentes per biduum obfessos coeperunt atq; interfecerunt/ præsidioq; incenderunt. Postea uero transferunt in regiā ad quā confugere agrippæ milites/ & in.iiii. partes agmē suū diuidentes muros moliebantur. Eorū uero qui intus erāt erūpere nullus audebat pro// pter multitudinem oppugnantium. Distributi autē p̄pugnacula/ & turres subeuntes interficiebāt/ & frequēter quidē latrones sub muris cadebant. Nec die autē confictus/ nec nocte cessabat/ seditiosis uidelicet æstimantibus in desperationē cogi eos qui in præsidio erant propter inopiam uictus/ regijs uero credentibus oppugnatores suos cessuros labori. In his autē erat Manaimus unus de filiis iudæ ga lilæi callidissimus rhetor qui etiā quondā sub Cyrino exprobrauerat iudæis quontā post deū sabice rentur romanis. Is ergo assumptis quibusdā nobiliū perrexit in Masada ubi armamentarium herodis erat. Eoq; perrapto populares aliosq; latrones diligenter armauit. Hisq; utēs stipatoribus ueluti rex Hierosolymā reuertitur factusq; princeps seditionis oppugnationem disponebat. Machinamentorū aut inopia erat/ & nec poterant palam suffodere muros/ superne hostibus tela facientibus. Funiculum igitur longe coeptum sub una turrim agentes suspenderunt cū materia subiecta ac postea insustinen tia ligna ignem immittentes agressi sunt. Sicq; subitibus exustis turris quidem ex templo emota est. Alter autē murus intus ædificatus apparuit. Regii quippe molitiōes eorum præsentientes fore etiam de concussione turris/ alium sibi murum celerius ædificauerunt. Inter hoc autem hi quidem qui op// pugnant & statim se uictores credebant cum uidissent alium murum stupore defecti sunt/ regii ta// men ad Manaimum aliosq; seditionis principes mittebant/ præcantes ut eis descendere liceret/ eiusq; reliquis. Quod cum Manaimus annuisset protinus discesserūt. Romanos autem qui soli relictī erāt grandis animi occupauit defectus. Neq; enim uī contrā tantam multitudinē pares erant/ & præcari ut exire liceret inuiciniā indicabant/ quanq; & si tribuētur nequaq; tutum putabant. Dereli// quentes igitur inferiorem locum qui Stratopedon uocabatur quippe quasi capi faciles in turres re// gias cōfugerūt/ quarum una appellabatur Hippicos/ alia Phaselas/ tertia Marriannes. Hi uero qui cū Manaimo erant protinus irruentes ea loca de quibus milites fugerant/ & quos eorum comprehende runt/ cruciantes omnem reliquum apparatus diripientes Stratopedam incoderunt. Hæc igitur acta sunt sexto die mensis Septembris.

Capitulum

Capitur Ananias pontifex & cū fratre Ezechia occidit & insurgūt qdam contra Manaimū/nolētes eū regē/interficunt Sophista a populo/interficunt Manaimus/per Romanos etiā multi ex iudæis occiduntur/ita ut Cæsaria uacuata iudæis remaneat.

Cap. XX.



Equenti autē die pontifex Ananias circa Euripos regiæ domus latens capitur & a latronibus interficitur cum Ezechia fratre. Circūsedētes autē turres seditiosi custodiebāt ne q̄ militū posset effugere. Manaimū autē & munitorū locurū destructio & pontificis ananiæ mors in crudelitātē erexit & neminem parem sibi in negociis arbitrans itolerabilis erat tyrannus. Insurrexerunt autē duo de sociis Eleazari & mutuo collocuti/quia non deceret a Romanis desiderio libertatis recedētes eandē populari suo p̄dere. dominūq; ferre. & si non uolentū/tū seip̄s humiliorem. Nam si oporteat cunctis aliquem præesse/quēuis magis aliū quā illum deceret. Atq; ita pacti adoriuntur eum in tēplo. arroganter enim adoraturus accesserat regali habitu indutus & stūdiosos sui in armis habebat. Cum igitur hi qui circa Eleazarum erant in illum prosilissent/reliquus uero populus rapiens saxa interfecit Sophistam/astimantes quo modo illo perempto tota seditio solueretur. Paululū autē stipatores Manaimi resistentes postquam uiderunt totā aduersum se multitudinem irruere quicq; quo potuit diffugere & cædes q̄dam eorum qui comprāhensi sunt perscrutatio autē latentū sequebatur/pauciq; ex eis latentes in Masadam perfugerunt/cum quibus & Eleazarus filius lairi propinquis genere Manaimo. Qui postea etiā in Masadam tyrannidem egit. Ipsum autem Manaimum cū confugisset in locū qui Ophlan uocatur/atq; illic humiliter delitesceret capientes extraxerunt in publicum/multisq; suppliciis affligentes interfecerūt. Similiter autē sub eo agentes principes præcipuumq; tyrannidis adiutorem eius absolomon nomine. Et populus quidem sicut dixi in his adiutor fuit/suspiciens aliquam totius seditionis correctionem futuram. Hi uero non ad compri-mendam pugnam sed ut cum maiori licentia bellum agerent interfecerunt Manaimū. Deniq; cū populus multū præcaretur ut oppugnationē militū relaxarent uehementius insistebant donec ulterius resistere non ualentes/Metilius. (Hic enim erat Romanorum præfectus/& reliqui mittunt ad Eleazarū dicentes/ut solas eorū pacisceretur animas arma autē & reliqua quæ haberent ipsis tradentibus sumerent. Qui præcationē illico rapientes remittunt ad eos Gorionē nicomedis filiū & Ananiā Sādūci/& iudā Ionathæ eis dexterās & sacramentū duros. Quibus actis deducebat milites Metilius/sed quandiu Romani arma retinebant nemo aduersus eos seditiosorū fraudis aliqd̄ molitus est. Postea uero quā secundum pactiones omnes scuta gladiosq; posuerunt neq; quicquā ulterius suspicantes descenderunt facto in eos impetu stipatores Eleazari comprāhensos trucidabant/neq; resistentes neq; supplicantes/solas autē pactiones & iuramenta quæ dederant inclamantes. Et hi quidem ita crudeliter interfecti sunt præter Metiliū. Hunc enim depræcantē & usq; ad circuncisionē iudaizare se p̄mittentē tantūmodo seruauerunt. Detrimentū autē Romanis quidē erat leue de potētia siquidē amplissima pauci fuerunt interempti/iudæorū autē captiuitatis illud exitium probatur. Videntes autem graues iam stare causas bellorū/urbem tamen tali facinore fuisse repræssam/ex quo nimirum diuina indignatio iminebat etiā si a Romanis nulla ultio timeretur/lugebant publicæ & iusticia ciuitatis præmebatur unusq; autē mediocriū quasi pro seditiosis causas redditurus turbabatur. Siquidē Sabbarō illam cædē contigerat perpetrari in quo. s. die propter religionē a sanctis quoq; operibus agūt getē. Eodem autem die eadēq; hora quasi ex aliqua cælesti prouidentia Cæsarienses quoq; iudæos apud se habitantes trucidauerunt/ita ut uno tempore super. xx. milia hominum caderentur/& cunctis iudæis uacuata Cæsarea remaneret. nam & eos qui effugerant comprāhendens Florus uinctos in arenam deduxit.

Iudæi diuisi uicos & loca alia inflāmauerūt/imenſa cædes fit ex iudæis & aliis/Ciuitates oēs plene cadaueribus Scythopolitæ cū iudæis dimicant/clā tamen noctæ dormiētes tertia/eos inuadunt. xiii. milia interficiunt ex iudæis & eorū substantiā diripiunt.

Cap. XXI.



Ost Cæsariensium uero plagā tota gens efferata est. Diuisiq; iudæis Syrorum uicos casq; cōtinentes rurales protinus uastauerunt/ideſt Philadelphiā & Gebonitin & Gerasam & Pellā & Scythopolim. Deinceps uero irruerent in Gadara & Ioppē & Gaulanitiden. Et alia qdē subruentes loca/alia uero inflāmantēs etiā in Cædasam & Tyrū & Ptolemaidā Gabā quoq; Cæsariāq; tendebant. Obstiterunt autē eorū incursui neq; Sebaſte/neq; Aſcolon/sed his quoq; inflāntis Anthedona & Gazā euerterunt. Multa autē circa fines harū ciuitatū diripiebantur/uici scilicet & agri eorum qui capiebantur uirorum imenſa cædes fiebat/neq; tamen Syrii minorē nūmero multitudinem iudæorum uastabant. sed etiam eos qui in ciuitatibus erant comprāhensos disperdebant/non solū ob æternū odium/sed ut & discrimen imminens præuenirent. Grauis ergo conturbatio totam Syriam peruaſerat/& omnis ciuitas in binos diuidebatur exercitus/unaq; alterutris saluerat/si anticipassent alteros cædes faciendo. & dies quidem ducebantur in sanguine. noctes autē molestiores formido faciebat. nam licet uiderētur ammoli iudæos/tamen etiā de aliis gentibus iudaizantes

indulgentes cogebantur habere suspectos/ & per hoc ipsam quod in eis uidebatur ambiguum/ neque temere eos placebat interfici & rursus per ipsam religionis commixtionem quasi penitus externos timebant/ prouocabant autem ad caedes aduersorum etiam illos qui prius fuerant mansueti auaritia siquidem substantias caesorum passim diripiebant & quasi uictores eorum praedam quos trucidauerunt in domos alias transferebant. Gloriosior autem erat qui plura collegisset/ quasi scilicet plures uirtute superasset. Erat autem cernere ciuitates plenas cadaueribus insculptis & inhumatos passim iacere cum paruulis senes. foeminas autem neque uerecundia contextis/ & omnis quidem prouincia plena erat inerrabilium calamitatum maior autem his motus audendorum malorum ipsis quae acta erant facinoribus iminebat/ & haec tenus quidem iudeis aduersum alienigenas conflictus erat. Incurrentes autem in Scythopoleos fines etiam iudeos/ qui illic habitabant/ experti sunt hostes. Hi enim cum Scythopolitis conspirassent/ & consanguinitate utilitati propriam postponentes aduersum iudeos cum gentilibus dimicabant/ suspecta tamen eorum ipsa belli fuit auaritia. Denique Scythopolitae ueriti ne ciuitatem noctu adureretur/ & magna sua calamitate ciuibus excusarent defectionem. Dixerunt eis/ ut si uelint in eos firmare consensum & circa alienigenas ostendere fidem/ transirent cum omnibus famulis suis in proximam locum paludis. Quibus quae fuerant iussa sine suspitione facientibus diebus quidem secutis duobus quieuerunt Scythopolitae. Tertia uero nocte explorantes alios incautos alios uero dormientes inuadunt/ subitoque omnes interfecerunt qui fuerunt. xiii. milia. Postque eorum substantiam cunctam diripuerunt

Circumsus Scythopolitis a iudeis Symon quidam qui multos ex iudeis quotidie trucidauerat educens gladium nullum hostium interfecit & patrem & matrem & filios & uxorem interfecit praedignatione/ ne hostium quos gloriaretur/ & seipsum/ caedes maxima sit in Scythopoli urbes & populi cum uicini iudeos omnes iterum/ ciuitatem/ multae ciuitates aliae pepererunt eis miseratione motae.

Cap. XXII.

Dignum autem etiam uidetur Symonis interitum enarrare. Hic enim Sauli cuiusdam non ignobilis uiri filius erat. Fortitudine quoque corporis & audacia animi insignissimus/ quibus utrisque ad incommoda suae gentis abusus multos siquidem iudeorum appropinquantem Scythopolim quotidie obruncabat/ & frequenter integros cuneos fudit fugauitque/ ita ut totius aciei mora & momentum solus existeret. Comprahendit autem eum digna ciuili interfectione poena. Nam cum Scythopolitae circumfusi essent iudeis/ & in paludem praecipites agerent educes Symon gladium in nullum quidem hostium imperum fecit. Nihil siquidem in tanta multitudine promotum uidebat. Exclamans autem miserabiliter digna inquit Scythopolitani his quae gessi patior/ quippe qui tanta caede ciuium meorum benignitate et erga uos nostrae fidei feci. Digna enim nobis externa gens infida est/ qui in nostrum genus tanta impietate delinquimus. Morior ergo quasi prophanus propriis manibus/ neque enim dignum est hostibus subiaccere. Iste autem ipse finis/ & mihi sceleris digna poena/ & aut uirtutis idoneum decus erit/ ut nemo scilicet hostium de meo interitu gloriatur/ neque insultet cadenti. Haec dicens miserantibus simul ac furentibus oculis circumspicit omnem familiam suam. Erant autem & uxor & filii & pronepti in senectute parentes. Ille quidem patrem trahens Caesarie & eum superstitans ense penetravit post quem non sane inuitam matrem interfecit. Super hos autem coningi & filiis insulit ferrum singulis sane horum poene currentibus gladio & hostes puenire capientibus. Cum uero omnem suam necessitudinem trucidasset caesis superstitans extendit dexteram/ ut neminem posset latere/ & totum in viscera sua enses demersit. Dignus quidem miseratione/ iuuenis propter robur corporis atque animi firmitatem. Caeterum quantum ad fidem quam alienigenis praestitit digno sine consumptus. Ad eandem autem quae in Scythopoli facta est reliquae quoque urbes iudeis apud se habitantibus irruerunt/ & duo milia quingentos Ascalonitae/ Ptolemaitae autem duo milia interfecerunt. Vixerunt quoque non paucos Tyrii/ multos quidem trucidauerunt/ plures autem uictos cum stodibus tradidere. Hippeni quoque & Gadarenes similiter audacissimos quidem amoliebant/ terribiles autem solliciti obseruabant. Reliquae quoque urbes aduersum iudeos singulae & prout habebant uel timore uel odio mouebantur/ soli autem Antiocheni & Sidonti & Apamei suis cohabitatoribus pepererunt/ & neque interfecere neque iudeorum neque uiculis tradiderunt. Forte autem & propter multitudinem suam despexerunt/ eorum si qui motus fuissent/ mihi autem uidentur magis erga eos miseratione moti quod antequam nihil moliri uidebant. Geraseni autem neque in eos qui apud se remanere delegerant quicquam gesserunt mali/ & egredientes usque ad fines suos deduxerunt.

In regno agrippae insurgit perniciem aduersus iudeos/ Noarum multos ciues qui ad agrippam & eum venerat poscendi praesidii gratia in itinere occidit/ hunc Varum agrippa punire non audeat/ Symonem eum e regione qua procurabat.

Cap. XXIII.

Excitata est autem etiam in regno agrippae aduersum iudeos perniciem. Ipse siquidem perrexerat ad Cestium Gallum antiochiam/ relicto super negotia sua quodam ex focis nomine Noaro qui Soemo regi genere erat propinquus. Venerunt ad eum de Batanea regione septuaginta numero uiri & nobilitate & prudentia ciuium suorum praestantissimi poscendi praesidii gratia/ ut si qui. Apud eos quoque motus fierent haberent idoneam custodiam per quam possent insurgentes

insurgentes quosq; comprimere. Hos Noarus quosdam armatos de regis permittens interfecit in itinere omnes. Aulus aut est tale facinus propter consiliū agrippæ & propter nimiam auaritiam imple in gentiles suos agere non recusans regnum omne corruptit/perseuerans. l. post talē principatum in totum genus exercere iniquitatem. Donec discussus agrippa rebus animaduertere quidem in noarū meritis est propter propinquitatem Soemi. Procuranda tamen eum regione summovit. Seditiosi autem cōprehendentes præsidium quod appellatur Cyprus imminens finibus hierichuntis custodes quidem interfecerunt munimenta autem destruxerunt.

Iudæi persuadent Romanis ut deserant castellum/utuntur honoribus iudæi in alexandria quos alexander concesserat conflictus continuus cum iudæis & Græcis fit.

Cap. XXIII.

P Er eisdē dies etiā in Machærunte multitudo iudæorū persuadebat in præsidio relictis romanis deserere castellū eisq; tradere. Illi aut q; rogabatur cogi metuentes pacti sunt cum eis discessionē suā & accipientes fidem tradūt præsidium quod diligenter coeperūt Machæritæ custodiis obtinere. In alexandri aut semper quidē erat incolis aduersum iudæos seditio. Iam ab illo tēpore/ex quo strenuus alexander contra ægyptios usus iudæis præmium societatis tradidit eis/& habitandi apud alexandriā facultatē & ius orbis æquale cū gentibus. permanebāt aut eis honor iste apud successores quoq; alexandri. Deniq; & in parte ciuitatis locū eis propriū deputauerunt/quatenus haberent conuersationē per omnia mundiorem a cōmotionē scilicet gentiū sequēstratā præstiteruntq; eis ut etiā macedones appellaretur. Deinceps uero cum in possessionē romano rū ægyptus uenisset/neg; Cæsar primus/neg; post eū quispiā honores quos alexander iudæis decreuerat minuit. Conflictus aut eorum aduersus Græcos pene continuus erat/& iudicibus multis quoti die ab utraq; parte lucrum reuoluentibus seditio accendebatur.

Alexandrini conueniūt ut largitionē ad Herodē mittant/permiscētur iudæi cū Græcis in amphitheatro/sit discordia maxima inter eos/Tyberius alexander cohercuit eos hortationibus qui irruētes Tyberiiū contumeliis appetebant ille quasi omnes fecit interficere/domos diripere. Zabulon ciuitas a Cestio occupatur/diripit domos & loca incendit.

Cap. XXV.

T Vnc uero cum apud alios turbata res esset/illic magis exarsit tumultus. Nā cū alexandrini in contionē uenissent ut ordinarent pro certis negociis largitionē ad Neronē ferēdam concurrere in amphitheatrū permixti Græcis plurimi iudæorū. Quos cū uidissent æmulī ex tēplo clamare coeperunt/iudæos hostes/& exploratores esse ac deinceps insiliētes intulerunt eisdē manus & reliqui quidē fugiētes dissipati sunt tres ex his uiros cōprehendentes trahebant quasi uiuos incensuri. Cōmota est aut omnis terra iudæorū ad ultionē ferendā/& primū qdē in græcos saxa iaciebant. Postea ēt uero facibus raptis in amphitheatrū iperū fecerunt/cōmitantes quod in ipso loco tantū simul populū concremarēt & pœne minas implessent rebus/nisi iras eorum cōpræssisset Tyberius alexander princeps ciuitatis. Nec tamen ipse cohercendi principiū ab armis sumpsit/sed nobiles eorū quosq; summittens hortabatur ut desinerent/neg; aduersum se militiā Romanā cōmouerent. Seditiosi aut benignā deprecationē ridentes Tyberiiū contumeliis appetebant. Qui postquā uidit absq; calamitate tumultuosos non posse cōpesci imisit in eos duas Romanorum legiōes q; i ciuitate erāt. Cū his alios qnq; milia equites casu ad iudæorū iteritū de Libya ueniētes pcepitq; ut non solū interficerent/sed etiā substantias eorū diriperent domosq; inflammarent. Qui protinus concurrentes in locum qui uocatur Delta/illo quippe erat iudæorū multitudo collecta exequabantur strenue iussiones nec sane sine cruenta uictoria. Collecti quippe in unum iudæi & eos qui de suis optime armati erant ante reliquam multitudinem statuentes aliquandiu restiterunt. Postquā uero in fugam inclinati sunt/passim trucidabantur/& erat eorum grandis interitus. Tum quæ sibi mādāta fuerant exequuntur. Conglobati enim iudæi his quos melius armatos habebant in fronte positū aliquandiu quidem restiterūt. Semel in fugā uersi mactabantur/nec unius exitii modus cū alii subdimo atq; in campo depræhenderentur/in ædes autem alii concluderentur & eas quoq; incenderent Romani una etiam diripiēdo quæ in his reperissent/neg; illos aut infantium misericordia aut reuerentia senectutis moueret/sed in omnes ætates pari cæde saeuirent. Vnde totus quidem ille locus sanguine redundabat. Quinque uero congesta sunt milia mortuorum/nec tamen saltem reliquæ remāssissent/nisi ad præces se contulissent eorumq; misertus alexander Romanos insississet abscedere. Sed illi quidem quibus erat consuetum obedire præceptis primo eius nutu discedūt/populares autē Alexandrini propter odii magnitudinem difficulter ab incepto reuocabantur. uixque a corporibus distrahebantur. Apud alexandriam quidem talis casus euenit. Cestio uero iam quiescendū esse non uidebatur infensis ubiq; iudæis/sed duodecimam legionem integrā ex antiochia secū ducens/& ex reliquis bina milia lecta peditum/& .iiii. alas equitum insuper regum auxilia. hoc est antiochi duo milia equitum & peditum tria milia sagittarios omnes agrippæ uero tantundē peditum & equitū mille/cū & Cestius sequeretur. .iiii. milibus cōitatis/quorū tertia pars equitū erat/pluresq; sagittarii ptolemaida

Iemaida progressus est plurimi aut ex ciuitatibus auxilio conuenire/peritia quidē militibus inferiores/quot uero sciētiæ deear in iudæos odio/idēq; alacritate supplētes. Aderat aut ipse quoq; agrippa Cestio & eorū q; cōlucerēt sūl & itineris p̄ncipes / ibi tū adducta exercitus pte Cestius ī ualidissimā galilææ ciuitatē cōtendit Zabulon quæ appellatur andrō.& ab iudæorū finibus prolemaida discedit. Cūq; offendisset eam ciuibz destitutā/in montes enim multitudo refugerat omnigenū autem rerū plenā/illas quidē militibus diripiendas concessit/ ipsum uero oppidū quāuis admiratus ēēt eius pulchritudinē quippe domus habebat similiter ut apud Tyrum & Sydonā & Berytū ædificatas incendit. Deinde cursu territorio peragrato quicquid inuenisset obuiam depopulatus inflāmati etiā circum eā positis uicis in prolemaida regressus est. Syris aut adhuc prædæ inherētibz/& præcipue berytiis recepta iudæi fiducia. Cestiu enim recessisse cognouerāt repente in eos q; remanserāt irruūt & prope duo milia morte consumunt.

Cestius p̄mittit exercitū in ioppē q; capit/incēdit eā & uiros oēs interficit.

Cap. XXVI.

Cestius aut ex prolemaide reuersus ipse quidē Cæsareā peruenit in ioppen uero partē præmisit exercitus/cū præceptis huiusmodi ut oppidū custodirēt si eo potiri potuissent/ aut si oppidani impetū præsensissent/tam suū quam cæterorum militū præstolarentur aduentum. Illorum igitur alii mari alii terra profecti utrinq; ioppē facillime capiunt/ ita ut ne fugæ quidem habitatores copiā reperirent/nedum ad pugnam separarent. Aggressi autem cūctos interficiunt cum familiis direptāq; ciuitatem incendunt. Intersectorū autē numerus octo milia quadrigenti fuerunt. Simili modo & infinitimā cæsaream Nabartenen Eparchiā non paucos direxit equites/qui & partem finiu uendicauerunt/magnāq; indigenarum multitudinē peremerūt/ direptisq; patrimonii etiam uicos igni dederunt.

Cestius mittit Gallum in Galilæam suscipiunt eum ciuitates qui uero non obtemperabant insequitur & trucidabat/progrediens multa loca inuadit/iudæi ad diem festum Hierosolymā perierūt/ qui auditis militibus uenientibus/dimissis solennitatibus in Romanos irruerunt/ quorum multos occiderunt.

Cap. XXVII.

In Galilæā quoq; misit cestius Gallū ductorē duodecimæ legionis ei; tantā militum manū attribuit/ quantā genti expugnandæ sufficere posse credebat. & eum ualidissima Galilææ ciuitas Sephoris cū favore suscepit. Huiusq; prudens consilium/secutæ ciuitates aliæ quiescebant. Qui uero seditionibus & latrociniiis operā dabant in Galilææ montē undiq; mediū recessere/ qui est cōtra Sephorim & uocatur asamon. Aduersus eos Gallus ducebat exercitū. Illi aut quā diu superiores erāt facile Romanos ad se ascēdētes ulciscēbātur & ex his plures quā ducētos interfecerūt. Vbi uero eos uiderunt circūacto itinere ad celsiora progressos mature uictoriā cōcesserunt & neq; pugna cominus armatorū ferebant. Neq; si terga dedissent egrū poterant manus effugere/ adeo ut pauci locis asperis desisterent/ amplius uero quā duo milia trucidarentur. Gallus quidē cū nihil iā tētarī nouitatis apud Galilæā uideret cæsariā cū exercitu remeabat. Cestius uero cū omni multitudine reuersus in antipatridē perrexit. Cognitōq; non paruā multitudinē iudæorū in turrim quæ aphæci uocabatur esse collectā/ qui & his congregarentur præmisit. Sed priusquā in manus uenirent iudæi motu dispersi sunt/ eorūq; castra tā desolata milites adorti cum uicis circūpositis incenderunt. Ex antipatride aut cestius in lyddā profectus uacua uiris ciuitatē offendit. Nam propter Scenophegiorū dies festos cum in Hierosolymam populus omnis ascēderat. Quinquaginta uero quos ibi cōprehendit occisit ex istisq; oppido alterius procedebat per quæ Bethoron profectus in quodam loco cui nomen est Gabao castra ponit distante a Hierosolymis stadiis quinquaginta/ iudæi uero cū iam ciuitati propinquare bellū uiderēt/ ommissis diērum festorū solennibus ad arma properabant/ fatiq; freti multitudine incōpositi ad pugnā & cum clamore profuliebant/ Ne diērum quidē septē habira ratione feriatorū erat enim sabbarū quod apud eos religiōe maxima curabatur. Idem aut furor qui eos ab obsequio pietatis emouerat in prælio quoq; superiores effecit. Tāo nāq; impetu Romanos aggressi sunt ut eorū & aciem pertrumperent uiag; aperta cædibus in medio ruerent/ ac nisi ei militū parti quæ nec dum locum amiserat equites ex circuitu subuenissent/ quiq; non satis defecerūt pedes in periculo totus cestii exercitus fuisset. Interfecti sunt autem quingenti & quindecim Romani milites ex quibus quadringenti pedites/ cæteri equites erant/ iudæi uero uiginti duo/ quorum fortissimi uidebantur Monobazis regis adiabene propinqui. Monobazas & Cenedæus/ & post hos peraites niger & Sila Babylonius qui ad iudæos/ ab agrippa rege transfugerant cū pridem militabant. A fronte quidem repulsi iudæi ad ciuitatem remeabantur. Romanos autem ad Bethoron ascendentes Gioræ filius Symon inuadit/ multosque postremi agminis coactores laniat/ ac multa carra cum sacris capta in ciuitatem reduxit. Cestio uero in agris triduo commorante iudæi locis superioribus occupatis obseruabant eius transitum neque cessaturos eos certum erat/ si romani proficisci cepissent.

Quarit

Querit agrippa verbis iudeos auertere ut desisteret mittit Borcaum & Phoebum ad iudeos/pe
rimis phoebus/Cestius iducit exercitū in oppidū iudeorū scēditq; pte ciuitatis. Cap. XXVIII.



Taq; dum agrippa cū infinita hostiū multitudīne montes amplexa ne Romanos qdē a
periculo tutos esse pspiceret uerbis iudeos ex periri decreuit/uel omnes sibi parituros exi
stimans/ut bello desisterent uel siqui aduersarentur seuocandos esse. qui ab eorū sentētia
discreparent. Misit igitur ex comitibus suis Borcaum & Phoebū quos illis sciebat esse no
tissimos/ & a Cestio fœdus amicitiae/certamq; a peccatis populo Ro.ueniā pollicerent/si proiectis
armis secum sentire uoluissent. Verū seditiosi moerū ne cuncta multitudo spe securitatis ad agrip//
pā sese conferret legatos obruncare statuerūt. & Phoebū qdē priusquā uerbū faceret peremerūt. Nā
Borcaus uulneratus effugit populares aut id idigne ferentes factū cādēdo sustibus atq; lapidibus in
oppidū cōpulerūt. Cestius uero quia intestinā eorū discordiā opportunū ad irruendū tēpus iuenit to
tū in eos duxit exercitū/inq; fugā uersus usq; Hierosolymā profectus est. Castris aut in loco positis q
appellatur Scopos interuallo septē stadiorū a ciuitate discedēs/nihil p triduū aduersus oppidū cona
bat/sperans fortasse intus degentes aliqd remissuros. In uicos aut circa ciuitatē nō parua militū ma
nū ad rapienda frumenta dimisit. Quarto aut die q trigēsimus mensis erat Octobris ordinatū in op
pidū introduxit exercitum. Populus quidē a seditiosis custodiebatur/ipsi aut romanorū disciplina ter
riti exterioribus cessare partibus ciuitatis & in partē interiōrē templū quæ refugerunt. Cestius uero
transgressus Bezethā quæ sic uocatur & Cenopolim & forum quod appellatur Dacōn incēdit. De
inde cum ad superiorē ciuitatē uenisset prope aulā regiā castra posuit. Et si tunc uoluisset intra mu
ros uiolenter irrumperē ciuitatē ilico possedisset/belloq; finē dedisset. Sed Tyrannius priscus præpo
situs castris & plures equitū magistri a Floro pecunia corrupti conatū eius auertere & iudeos intole
randis malis repleti cladi busq; contigit.

Quidam uocabant Cestium patefacturi portas qui cogniti proiecti sunt ex muris. Cestius tentat
muros ascendere & inuadere templum/repugnatur a iudeis/recedit Cestius & iudei insequuntur/
dimittit quæ erant impedimento ad fugam/ & nisi nox aduenisset torus exercitus periisset. nocte au
fugit/insequuntur iudei/ex Romanis mortui sunt quinque milia & trecenti peditum / ex equitibus
noningenti & octuaginta. Cap. XXIX.



Nterea plurimi popularium notissimi ab anano Ionathæ filio pñasi Cestiū quali portas
ei patefacturi uocabāt. Ille aut & ira fastidiens & quod nō satis ei credendū potaret tādū
id neglexit donec' proditiōe cōperta seditiosi Ananū quidē cū cæteris de muro deiectis
lapidibus in domos suas fugere cōpulerūt. Ipsi uero p torres depositi murū tentatibus re
pugnabāt/per dies quidē quinq; Romanis undiq; conatibus inexplicabilis erat iperis. Sexto autem
die Cestius cū plurimis eisq; sagittariis a septētrionali tractu templū aggreditur iudeis. ex porticu
resistentibus. Qui repēte qdē Romanos ad mutū aduentē auertere. Postremo aut repulsi telosq; mul
titudine recesserūt. Itaq; Romanosq; anteibant scutis suis muro nixi & q eos sequebantur aliis ac
p ordinē aliis similiter adiunctis. quæ sic appellat/estudine cōtexerūt. Vnde sagittæ in eā delatae it
ritæ delabebant/ & sine aliqua noxa milites moenia suffodiebant/ tēpli q portas incēdere moliebant.
Vehemens aut seditiosos stupor inuaserat/ itaq; multi ex ciuitate diffugiebāt/ueluti cōtinuo caperet.
His aut populus alacrior efficiebatur/ & quantū nequissimi cædebant. tantū ut ipsi portas aperirent.
Cestiūq; tanquā de se optime meritū recipient appropinquabāt. Et pfecto si paululū in obsidione p
uerasset/stati ciuitatē obtinuisset. Sed credo iā tūc infestus deus pessimis eiusq; sancta illo die finē bel
lo dare phibuerūt. Deniq; Cestius neq; animis populi neq; obsessosq; desperatione pfecta militē re
uocat/ & sine ulla spei repulsa icōsulte nimis ac iniuste discessit. Inopinata uero eius fuga latronū fida
ciā recreauit/ insecuti nouissimos aliquos egrū peditūq; peremere. Et tūc qdē Cestius in castris quæ
apud Scopon munierat tēdit/altero aut die ulterius recedēdo magis hostes pœcauit/tanquā postre
mis appositi multos necabāt/quosq; utraq; itineris pte uellata in trāsuerfos tela iacebāt/ & neq; in eos
se retorquere/a qbus a tergo sauciabant nouissimi audebāt quandā infinitā multitudinē inseq; existi
mātes. Et a lateribus instātis uim repellere minime sufficiebāt/ cū ipsi qdē graues eēnt/ordinēq; inter
rūpere formidarēt/ uiderēt aut iudeos lenes & ad excurrēdū faciles eē. Vnde eueniebat ut multa ma
la ppetrarent/ cū nihil etiā inimicis nocerēt. Tota igit uia pculsi deiectiq; agmine sternebant/ donec
multis occisis in qbus erat priscus sextæ legionis dux/ & Longinus Chiliarchus/ & atroxilius iocūdus
atq; pfectus uix in Gabao puenerūt/ ubi castra prius posuerāt/ multis istrumentis amissis. Hic aut Ces
sius biduo cōmoratus inops cōsiliū qd ageret/ cū tertio die maiorē hostiū uidisset turmesq; & omnia
circū loca plena iudeis tarditatē sibi obfuisse cognouit/ & si adhuc ibi maneret pluribus se inimicis
usurum. Itaq; pro cōpendio fugæ cuncta quæ militibus impedimento erāt amputari præcepit. Occi
sisq; tunc multis atq; asinis aliisq; iumentis/præter illa quæ sagittas & machinas ferrent. Hæc enim ue
lut usui futura seruabat maxime quia timebat ne iudeis contra se capta prodesse. Bethoron uen
sus antecedebat

ius antecedeat exercitū. At iudæi latioribus quidē locis minis instabant/contractos uero in angustias atq; descensus qui discessissent ab exitu prohibebant. Alii postremo super agmen impingere. suaq; omnis multitudo per itineris iuga militē sagittis operuit. Vbi etiā peditibus quo pacto sibi subuenirent hæsitantibus equitū periculū promptius erat. Nec enim ordinate uia prosequi poterant obstantibus iaculis/ & ne contra hostes irent ascensus ardui prohibebant egredientibus inui. Lateribus autē rupes ac ualles in quas deiectioni qui aberrassent cōlumbabantur. Nullusq; locus aut fugiendi aut ulciscēdi rationē habebat. Itaq; incerti quid agerēt ad ululatus quos desperati solēt. fletusq; cōuersi sunt. Quibus resonabat iudeorū cohortatio cū clamore latantiū pariter ac lænientiū. Totusq; poene qui cū Cestio fuerat perisset exercitus nisi nox aduenisset. Qua Romani qdē in Bethoron cōfugerūt. iudæi uero obsessis circū oībus locis eoz; transitus custodiebāt. Deniq; ibi cū Cestius aperto itinere desperato iā de fuga cogitabat. Lectosq; ad quadringentos oīum fortissimos milites rector; fastigiis impetuit. Hisq; præcepit uigilum qui in castris excubant signa clamare/ut eo modo iudæi omnem illic militum numerum arbitrarentur remanere. Ipse autem cū cæteris otiose usq; ad triginta stadia pgeretur. Vnde mane cū iudæi locū in quo Romani tetenderant desolatū uidissent in quadringentos a quibus decepti fuerant cōcurrerent/ & illos quidē sine mora iaculis cōfecerunt/mox autē Cestium psequi properabant. Sed ille cū nocte non parū spaciū itineris peregisset/die uehementius quoq; fugiebat/ adeo ut motu percussī milites machinas siue tormenta muralia/ iteq; balistas/ multaq; alia instrumenta relinquerēt. Quibus tunc ablatis iudæi rursus cōtra illos qui ea reliquerāt usi sunt. Insequēdo autē Romanos antipatridā usq; uenerūt. Deinde cū eos assequi non potuissent inde redeuntē/ & machinas secū asportant/ mortuosq; spoliarunt/ & prædā q̄ remanserāt collegerunt/ & præna canētes in metropolim remearūt. suis qdem paucis amissis. Romanorū autē auxiliorū quinq; milibus peditū ac trecentis/ iteq; noningentis & octuaginta equitibus interēptis. Hæc quidē nouēbris mensis octano die gesta sunt anno duodecimo Neronis principatus.

Post fugā Cestii multi nobiliū ex ciuitate fugiunt mittit quosdā ad Neronē nūciaturos eius miseriam/ Qui Cestium fugauerāt reuersi sunt in Hierosolymā/ ex Romanis qui supererant amicos sibi sociant. Eleazarus psuadet populo ut sibi peat cōstituant diuersi diuersis locis pfecti. Iosephus unus ex pfectis subditos sibi quærit cōciliare/ multos ex illis præponit & præficit regionibus Galilææ sibi subdere/ munit loca oīa pp Romanos quos timet insurgit qdem insidiator cū multis q Galilæā depopulant congregat pecunias/ cogitabatq; diuersa in perniciem Iosephi.

Cap. XXX.

Post Cestii uero casus aduersos/ nobiliū multi tanquā e nani pessum itura ex ciuitate enatabāt. Deniq; Costobarus & Sanlus una cū philippo loacimi filio q princeps erat exercitus regis agrippæ/ idē dilapsi ad Cestium transfugerūt. Qui uero cū his in aula regia fuerat obsessus antipas fuga despecta quēadmodū a seditiosis perēptus sit alias indicabimus. Cestius autē Sanlū & cæteros in achaiā ad Neronē traxit/ & propriā necessitatē indicaturos. & belli cās designaturos in Florū. Sperant enim & irā in illū ex itatū iri/ & sua pericula summouēda. Tunc autē Damasceni cæde Romanorū cognita/ iudeos apud se degentes perimere studuerunt/ & cum eos in publicis terminis collectos haberent/ nāq; id olim pp suspensiones meditabātur. Facile quidē sui conatus exitū fore putabant. Verebantur autē mulieres suas fere omnes præter paucas iudaizantes. & eorum religione deceptas. Quare his magna cura fuit eas celandi quid agerent. Iudeorū autē decē milia q; ppe in angusto loco atq; oēs inermes aggressi/ una hora sine motu iugauerunt. Qui uero Cestium fugauerant in Hierosolymā reuersi/ quos adhuc Romanor; studiosos inuenissent/ partim ui partim bladicis sibi etiam sociabant. Et in templū congregati plures belli duces eligendos esse censebant. Declaratus est igitur Iosephus Gorionis filius & pontifex Ananus omniā quæ in ciuitate gerēda esset imperaturos/ maximāq; ut ciuitatis muros erigerēt. Filiū nāq; Symonis eleazarū romanor; quāuis prædam & ereptas Cestio pecunias/ & insuper his plurima ex thesauris publicis in potestate haberet/ tamen uallis necessitatibus præposuerunt/ q̄ & ipsum tyrannidis superbia uiderent ferri/ eiusq; studiosos siue imitatores satellitum more uersari. Verum paulatim Eleazarus ambitione pecuniæ: itemq; astutia persuasit populo/ ut in omnibus sibi pareret/ In idumæam uero quos mitterent alios militum duces optarūt Iesum filium Sappha unū ex pontificibus/ eleazarū pontificis filiū/ Nigro autem mandauerunt qui tunc idumæam regebat/ ex regione trans iordanem posita genus ducens/ unde Peraites cognominabatur ducibus obreperare. Sed ne alias quidē regiones omittendas putabant. Namq; in hierichunta Iosephus filius Symonis/ & trans flumen quidē Manasses Thapnā uero Iōnes effatus Topchias administraturi directi sunt. Huic autē Lydda & iopde & Ammaus erāt adire. Gophnitice autē & Acrabatene regionibus Iōnes filius ananias rector erat designatus/ & utrinque Galilææ Iosephus Matthiæ filius/ huius administrationi iuncta erat & Gamala munitissima ciuitatū/ quæ ibi fuit qdē rectorū pro alacritate ac prudētia sua q; res sibi creditas administrabat. Iosephus autē cū in Ga-

Galileam uenisset primū curā habuit indigenarū sibi cōciliare bēniuolentiā multa sciens ea cōfici pos-
 se licet in aliis peccauisset. Deinde considerato q̄ potentissimos quidem amicos habebit/ si eos parti-
 cipes potestatis fecisset/ oēm uero multitudinē si plerūq; p̄ indigenas & cōsuetos fieri sciperet. Lxx.
 de senioribus eius gentis prudentissimos elegit/ eorūq; rectores totius Galilæe constituit. Septē uero
 per singulas ciuitates/minorē litū iudices ordinat maiora negocia causasq; capitales ad se referre ius-
 sēs atq; lxx. dispositos igiē p̄ ciuitates/ quo iure inter se uenterent/ etiā quēadmodū extrinsecus tuti
 essent animaduertit/ certūq; in Galilæam Romanos esse uenturos opportuna loca muro cingebant
 hoc est iotapata & Bersabæ & Selamin necnō & Perticho & iapha & sigoph/ mōrēq; cui nomē est
 itabyrio & Tarichæas & Tyberida/ ad hæc ēt circa Generaseth lacū spelūcas in ea q̄ inferior Galilæa
 uocabatur munivit. Superioris autē Galilæe achabaron petrā quæ sic dicitur & Sēph. & Iamniū &
 Mero in gaulanitide uero selenciā/ & soganē & Gamala munitione circūdedit. Solis autē Sephoritis
 permisit ut murū sibi metipsis fabricarent/ quia eos pecuniosos esse/ & ad bellū prōptos ēt sine præce-
 pto uideret. Similiter autē etiā Giscalam iosepi iussis super se muro cinxit iohannes Leni filius/ cæte-
 ris autē castellis oībus ipse iosepus intererat iubēdo/ simul atq; opem ferendo. Quin & exercitiū ex ga-
 lilæa supra centum milia uirorū comparauit/ quos omnes undiq; collectis armis ueteribus instruebat.
 Deinde reputans hoc maximā Romanorū inuictā esse uirtutē q̄ edicto essent audientes rectoribus
 suis & exercitationi operā darent. Doctrinā quidē urgente necessitate desuper/ parendi autē facultatē
 ratus regentium multitudine posse contingere ita ut Romani solent diuisit exercitiū/ pluresq; fecit
 agminū principes. Diversisq; militū generibus ordinatis alios decacharchis/ alios Chiliarchis subdivi-
 dit/ & insuper his rectores maiorū rerū administratores. Docebat autē signorū disciplinas & promota-
 tiones renocationesq; buccinarū/ & principia cornū & circūdationes/ & quemadmodū oporteret la-
 borantibus succurrere fortiores/ & circum defatigatis partiri pericula quæq; ad fortitudinem animi
 corporisq; tolerantia pertinerēt instituebat. Maxime uero eos erudiebat ad bellū/ usquequaq; Roma-
 norū referens disciplinā/ & q̄ cum uiris essent p̄liaturi qui & uiribus corporis & animi obstinatione
 totū poene orbem superarent. His addidit quo pacto belli tēpore suis essent parituri p̄ceptis/ iā nunc
 p̄culū fore nisi consuetis delictis hoc est furtis & latrocinis & rapinis abstinuissent/ sed neq; aut gētē
 libus fraudē facerent aut consuetissimog; dāna propriū quæstum putarent. Illa enim bella optime
 administrari quog; milites bonā conscientia gererent. Qui uero per se prauī fuissent/ his non solū ini-
 micos sed etiā deū hostes futurū. Multa in hunc modū admonendo perseverabat/ & iam quidē quan-
 tū præliū paratū esset conflātū erat. Nam septuaginta peditum milia & cc. xl. equites ac p̄ter hos ēt
 mercēnarios quibus maximæ fretus erat habebat quatuor milia. d. necnon & sexcentos circa se ele-
 ctos custodes corporis atq; satellites. Exceptis autē mercēnariis facile cæteri milites a ciuitatibus ale-
 bantur. Namq; singulæ quas enumerauimus cum mediā sui multitudinē mitterent in militiā/ reliquos
 ad cōparandum eis uictum tenebant/ ut pars armis pars faciendi operis dirimeretur/ & armati secu-
 ritatem rependerēt suggerentibus cōmeatum iosepo autē hoc modo administrātī Galilæā insurrexit
 quidā insidiator patriæ Giscala ortus leui filius noīe iohānes callidissimus ac dolis plenus & nequitia
 q̄dem nobilissimus omnū/ antea uero parumper & aliquantū militiæ suæ impedimentū passus ino-
 pia/ facile mentiri paratus mirusq; ad fidem adhibere mendacio/ & qui fallaciā uirtutē putaret/ eaq;
 aduersus amicissimos uteretur simulator humanitatis & spe lucri appetentissimus cædiū/ qui semper
 quidem immoderata cōcupisset/ spem uero leuioribus maleficiis aluisset. Latro enim erat sui moris ac
 solitarius/ deinde comitatū inuenit audaciæ/ primo quidem parū ampliōrē aut proficiens. Curā autē
 habebat neminē ignarū asciscere/ sed qui & habitudine corporis & animi magnitudine bellorumq;
 peritia p̄staret hos eligebat/ donec quadringentorū uirorum catenam congregauit/ quorum plures
 ex Tyriorū finibus & uicis erāt. Iſq; omnem Galilæam depopulabatur/ & multos futuri belli metu
 suspensos lacerabat. Hunc igitur iādudum regendi milites cupientē & maiora desiderantē diu pecu-
 niæ retardabat inopia. Cū autē uideret iosepum sua minacitate letari/ persuadet ei primū fabricādī mu-
 ri patriæ sollicitudinē sibi cōmitteret. In qua re quæstus magnos a locupletibus fecit. Deinde callidissi-
 ma fraude cōposita oleo quod non a gentilibus suis tractatū esset uti canerent oēs apud Syriā indaci-
 ut ad confinia oleū mitteret deposcit. Nummog; Tyro qui. iiii. Atticos faceret emptis. iiii. amphoris
 eodem p̄cio amphoræ dimidiū uenundabat. Cūq; Galilæa ferax esset olei maximeq; illo tēpore ma-
 gna ubertate redundaret/ in ea loca ubi erat penuria solus multumq; mittendo/ infinitā summā pecu-
 niæ congregauit. Qua mox in eum usus est/ qui hoc sibi beneficiū p̄stitisset. Deniq; existimans iose-
 pū disposuisse rectorem se esse Galilæe futurum quibus præerat latronibus imperauit/ prædas uehe-
 mentius exercere q̄ multis rebus nouis per regiones excitatis aut insidiis alicubi rectorem perime-
 ret si cui ferret auxilium/ aut si latrocinia negligeret ob hoc eum apud indigenas accusarent. Iamdu-
 dum autem rumorem dissipauerat/ q̄ res Galilæe iosepus p̄dere cogitaret/ multaq; in hūc modum
 ad eius perniciem comparabat.

Quidam

Quidam qui aggressi sunt procuratorē Beronicis & multa abstulerunt/ quia iosephus iussit ut regibus restituerentur illa/ contra eum tumultus maximos parant/ accusantes eū esse proditorem irruūt in eius domū/ quærit placare illos uerbis/ præualeat aduersus eos/ iohānes qdem fraude molitur contra iosephum insidias/ cognita fraude ut de iniuria uendicaret accedit cū militibus ad iohānem hic autē emissis armatis iussit eū interfici/ aufugit in lacū/ resumptis uiribus iohānes cogitur aufugere tentat aliud genus insidiarum aduersus iosephum.

Cap. XXXI.



Taq̃ illo tpe cum quidam ex uico Dabarittarū in magno cāpo custodias agentes Ptolemaum Agrippæ & Beronicis procuratorem aggressi oēs quas ferebat sarcinas abstulissent/ in quibus erant non paræ uestes præciose/ plurimæq; argenti pocula/ & sexcenti anrei/ neq; hæc p̃dam occulte administrare possent/ oīa Tarichæas ad iosephum cōportarūt. Ille autē respēsa uolentia quā regis intulissent/ reponi res ablatas apud aliquem eius ciuitatis potētissimū iubet/ paratus eas dominis oportunæ remittere. Vnde maximū eius periculū comparatū est. Namq; raptores earum & quia p̃dæ nullam partem accepissent/ ægre ferentes & prospicientes quod iosephus cogitauerat laborem suū regibus condonare/ per uicos nocte discurrunt/ omnibuscq; indicāt iosephum prodidisse/ eodēq; tumultu ciuitatis proximas repleuerunt/ adeo ut centū armatorū milia contra iosephum prima luce concurrerent. Deniq; multitudo in circo apud Tarichæas congregata plurima per iracundiā conclamabat/ partim deponi partim concremari uociferans proditorem. Plærosq; incitabat iohānes/ & cum eo filius Samphizæ Iesus q tunc magistratui Tyberiadis p̃erat iosephi qdem amici & satellites tantæ multitudinis incurſu perterriti omnes præter paucos diffugerunt. Ipse uero dormiens prope eum iam ignis admoneretur exurgēs/ & monentibus eū. iiii. qui remanserant/ neq; solitudine sua/ neq; illorū q contra se uenerāt copiis p̃turbatus/ in conspectu eorū profiliis ueste discissa ifusq; capite puluere/ auersusq; post tergum manibus suisq; ceruici gladio admixto. Hæc ac amiciores ei maxime tarichæatas ad misericordiā cōmouerant. Rustica uero plebs & finitimorū qbus molestior uidebatur/ non sine maledictis eum iubebant publicas proferre pecunias/ & facta prodicionis fateri. Nam ex habitu eius opinabantur nihil eorum de quibus nata fuerat suspitio penitus negaturū/ & ipetrādæ ueniæ causa fecisse oīa quæ misericordiā puocarēt. At illius ista humilitas cōsiliū p̃struebat/ & contra se indignātes arte circūueniens/ ut super his unde irascerentur inter se ipsi discordarent/ omnia confessus est. Deinde sibi facultate concessa/ ego inquit has pecunias neq; agrippæ remittere cogitabā neq; in propria lucra cōuertere/ absit enī ut amicū purē unquā qui uobis sit inimicus/ aut quæstū ex re capiā quæ uos cōmuniter læderet. Sed quia uidebam o Tarichæatæ/ maximā ciuitatē uestrā munitionis egere/ & ad extruenda moenia minus habere pecuniæ/ Timebāq; Tyberiensem populū & alias ciuitates raptis pecuniis inhiantes/ pedetentimq; eas retinere decreui ut uos mureo circūdarē. Si hoc nō uidetur profecto q̃ oblata sunt & diripienda propono. Si recte consului/ bene de uobis meritū coercesis/ hæc Tarichæatæ qdem ab eo dicta cū fauore receperunt. Tyberienſes uero cū aliis deprauando insuper etiā minitabantur/ utriq; autē relicto iosepho iter se litigabant. Ille autē fretus iā secū sentientibus/ erant enī prope ad quadraginta milia Tarichæatæ/ cū multitudine liberius loquebatur/ multū in eorū reuerentiā inuictus/ ex præſenti qdem pecunia Tarichæā ait esse munientiā. Curæ autē sibi fore similiter ut etiā cæteræ totæ sint ciuitates. Nec enim pecunias defore si cōcordare uelint in eos unde parandæ sunt/ & non in eum moneantur qui parat/ itaq; cum alia quidem multitudo quæ decepta fuerat quāuis irata recederet duo uero armatorum milia impetum in eū fecerunt. Cūq; se ille recto ante recepisset instabāt ei minitantes. Iterū autē iosephus in hos altera fraude nitiatur. Dūq; ad fastigium culminis enasisset cōp̃ressio dextra strepitu/ nescire ait se quid peterent sibi præſtari/ uoces enim se non exaudire confusus. Omnia uero quæ inberent esse facturum si aliquos in promississent/ qui secum ociose colloquerētur. His auditis illico nobiliores cū magistratibus ad eum ingrediuntur. Quos ille in adium partes inductos clausa ianua tamdiu uerberauit/ donec eorum intentina nudata sunt. Circūstabat autē interim populus existimans eos prolxis allegationibus concertare. Cum subito iosephus foribus patefactis cruentos dimisit. Vnde tanto terrore qui minabantur affecti sunt/ ut protectis armis aufugerent. Ob hoc iohannis etiā atq; etiā crescebat inuidia/ aliasq; nihilo minus iosepho moliebatur insidias/ morboq; simulato per epistolam postulauit/ ut sibi medicinæ gratia Tyberienſibus aquis callidis uti permitteret. Iosephus autem nondum enim suspectus erat insidiator ad præfectos ciuitatis litteras fecit/ ut hospitii & utensilia iohanni præberent. Quibus ille potitur biduo post cuius rei causa tenebat agebat. & his fraude circūuentis/ aliis uero pecunia corruptis ut iosephū desererēt perſuasit. His cognitis Silla quem iosephus custodiæ præposuerat/ propere de insidiis ei scripsit/ atq; ille accepta epistola noctūq; itinere maturato matutinus ad Tyberiadam peruenit. Et cætera quidem multitudo obuiam ei præcessit. Iohannes autem quāuis eum contra se uenisse suspicaretur/ tamen direpto quodam ex notis infirmitate simulata quod lectulo detineretur obsequio se desuisse mandauit. Tyberienſibus autem a iosepho in Amphitheatri studium congregatis ut eos quæ

sibi scripta fuerant alloqueretur missis armatis iohannes iussit eum interfici. Quos cum iam nudare gladios prospexisset populus exclamauit atque ita conuersus ad eius uocem iosephus ubi ferrum prope ingulo suo imminere prospexit in litus dissiuit e tumulo excelso cubitis sex in quo uerba faciens cum populo steterat/ascensaque nauicula cum duobus satellitibus suis quae illic applicuerat in medium lacum refugit. Milites uero eius ilico raptis armis contra insidiatores irruerunt. Mox aut ueritus iosephus ne bello intestino suscitato propter paucorum inuidiam ciuitas consumeretur nuncium suis misit qui eos moueret ut propriae tantum saluti consulere. Neque uero quendam occiderunt uel arguerent noxiorum. Et illi quidem dicto parere conueniunt. Qui uero circum ciuitatem per agros habitabant auditis insidiis & quis earum fabricator fuisset contra iohannem ueniebant. Sed ille primus in Giscala patriam suam fuga receptus est. At Galilaei totis iam ciuitatibus ad iosephum confluebant. Et cum multa essent armatorum milia congregata qui se aduersus iohannem communem insidiatorem abesse clamabant/unaque cum eo ciuitatem quae illum suscepisset ignibus tradituros/ad ea iosephus probare quidem se eorum beniuolentiam impetum autem cohibendum esse dicebat prudentia magis inimicos uincere cupiens quam perimere. His uero qui de singulis ciuitatibus cum iohanne rebellassent nominatim exceptis quippe alacri animo suos quisque populus indicabat praecognitum uoce denunciabat intra quinque dies eorum qui iohannem non reliquissent patrimonia diripiendam domosque eorum cum familiis exurendas. Et tria quidem milia statim ab eo reuocauit/qui profugi ante pedes eius arma proiecerunt. Cum reliquis autem iohannes prope mille uiris Syris fugitiuis transtulit se iterum in occultas insidias ex apertis ac per nuncios in Hierosolymam clam directos iosephum accusabat quod magnum exercitum collegisset/iamque nisi proueniatur ut tyrannus Metropoleos uenturus esset. Verum ea populus quidem praesciens negligebat/auore autem potentes nonnullique magistratum clam pecunias ad comparandos mercenarios milites misere iohanni/ut per eos bellum cum iosepho gereret. Decretum quae inter se conceperunt/quo idem iosephus militum administratione decederet/non tamen id satis esse credebant/ideoque duo milia & quingentos armatos & quatuor nobiles uiros iurisperiti filium iosephum & Abaniam sadduci & Simonem & Pudem ionathae filios omnes eloquentia ualidissimos/ut eorum scilicet monitu auerteretur ab iosepho beniuolentia multitudinis. Et siquidem ipse sponte sua ueniret paterentur eum rationem reddere. Sin remanere contendere/uelut hoste uerentur. Amici autem iosephi militem quidem ad eum uenturum esse perscripserant/causam uero non indicauerunt quoniam secretum fuit inimicorum eius consilium. Unde factum est ut quod praecauere non potuit/quatuor statim ciuitates ad inimicos postquam uenire deficerent. Hoc est sephoris & Camala & Giscala & Tiberias/quas tamen continuo sine armis recepit. Captos autem quatuor duces consiliis armatorumque fortissimos remisit ad hierosolimam/contra quos populus haud mediocri indignatione commotus/ipsos & a quibus permisi fuerant occidisset/nisi ante fugissent.

Deseritur iosephus a suis/quos ipse punire/enuocans omnes primates & astutia quadam utrens scaphis ducentis secum in Tarichaeas euidam clamanti citius nomine iubet manus abscidi ipseque sibi dextera truncavit timore perterritus.

CAP. XXXII.



Oanem uero iam intra muros Giscalon iosephi timor custodiebat. Et paucis diebus post iterum rebellauit Tyberias habitatoribus eius agrippam regem implorantibus. Et cum ille constituto die ad eos non uenisset/paucique Romani equites ibi tum coparuisset/a iosepho alienati sunt. Hisque apud Tarichaeas cognitis statim defectio consecuta est. Cum uero cunctos iosephus milites misisset frumentatum/etque solus egredi contra destitutus res/etque se continere patiebatur/metuens ne dum ipse tardaret/ante in ciuitatem regii transgredirentur. Nec enim postero die obstat sabbato quicquam facere poterat. Dolo autem quod se deseruerant circumuenire cogitabat. Et portas quidem Tarichaearum claudi iussit/ne quis consilium suum illis proderet contra quos suscipiebatur. Omnibus autem scaphis quas in lacu reperit congregatis/ducentarum autem & triginta fuerunt/quaternique nauis non amplius singulis inerant/mature ad Tyberiada nauigat. Cumque tanto ab ea distaret spacio unde facile uideri non posset/inanes scaphas in salo relictas septem ipse solus inermes satellites secum habens propius ut conspiceretur accessit. Quem cum inimici adhuc maledicentes ei ex muro conspexissent/motu perterriti & scaphas armatorum esse plenas existimantes/arma praeiciunt/manusque supplices agitant ut ciuitati perceret praecabantur. Iosippus autem postquam multis eos minis & castigationibus exprobrauit/primumque bello contra populum romanum suscepto/intestinis dissensionibus uires suas ante consumerent inimicorum nota compellerent. Deinde quod securitatis suae curatorem de medio tollere properarent ciuitatemque non erubescerent sibi claudere/qui eam muro cinxisset non repudiaturum se autem si qui sibi satisfacerent quibusque interuenientibus amicis cum ciuitate firmaret. Itaque statim ad eum decem Tyberiensium potentissimi descenderunt. His autem in unam receptis nauiculam piscatoriis & praeul abductis alios quinquaginta curiales uenire iussit maxime notissimos/uelut illi quoque fide sibi praebere deberet. Deinde nouas causationes excogitans/alios insuper atque alios obrectu feceris enuocabat/ut mature Tarichaeas recurreret gubernatoribus nauium impletarum imperabat quosque

bat/ quosq; auxissent in carcerem collocarent. Donec omnem curiā quæ sexcentos haberet viros/ duoq; milia populariū cōpræhensa in Taricheas scaphis abduxit. Relictis autem uociferantibus Clitum quendam esse maximæ defectionis auctore/ iramq; ipsius poena illius præcantibus faciri/ illū quidem iosephus nolebat occidere/ suorum uero satellitū quēdā Leuim egredi iussit/ qui Cliti manus abscinderet. Cum uero is præ timore solum globo inimicorum cōmissurum negasset/ eaq; causa indignari iosephum stantē in scapha clitus cerneret/ ipsumq; uelle descendere ac de se supplicii sumere / ut saltē unam manū sibi concederet orabat. Neq; hoc abnuente iosepho/ dūmodo alterā sibi met Clitus præcideret/ edacto ille dextera gladio leuam sibi truncauit/ tantus eū timor iosephi inuaserat. Ita tunc iosephus uacuis scaphis & satellitibus septē populo capto rursus Tyberiadam sibi sociauit. Paucisq; diebus post cū etiam Sephorim defecisse iter alias reperisset militibus eam deprædari pmisit/ omniaq; inde lecta popularibus dedit eā Sephoritis. Nā & captus rapinarum damna corrigere uoluit/ redditione rerum rursus eos ad beniuolentiā reuocare. Haftenus apud Galilæam motus iamq; ab intestinis dissensionibus quiescentes aduersus Romanos instruebantur/ Hierosolymis autem Ananus pontifex & potentiores qui non cum Romanorum parte sentirent muros instaurabant/ multaq; bellica instrumenta perq; omne oppidum sagittæ aliq; arma fabricabantur. Exercitationibus autē omnis manus iuuenum operam dabat. Erantq; uniuersa plena tumultus/ magnaq; tristitia mediocres occupauerat/ multiq; futuras clades prospicientes fletum cohibere non poterant/ infestaq; pacem cupientibus omnia uidebantur. Belli autē incentoribus quæ illis placerent ex templo resingebantur statūsque iam tunc quasi peritura ciuitatis erat/ antequam Romani uenirent. Anano autem apparatus belli negligere cura fuit/ & studioforum quos æmulatores uocabant amentiam ad ulteriora conuerrere. Vi tamē uictus est/ & quis illius finis fuerit posterioribus explanabimus. In Acrabatena Toparchia Gioræ filius Symon/ multis nouarū regē cupidis congregatis ad rapinas conuersus nō solum domos locupletum perturbabat/ uerum etiam corpora uerberibus conficiebat. Iamq; tunc certus erat incipiens Tyrannidem. Ab Anano autem missis aduersus eum militibus magistratum ad latrones qui erāt Masada cū his quos habebat effugit/ ibiq; manens donec Ananus & alii eius inimici perempti sunt. Idumæam cum cæteris populabatur/ adeo ut magistratos eius gentis propter cædium multitudinem & prædarum assiduitatem collecto milite uicos prædiis tuerentur/ & Idumææ quidem res ita se habebant.

¶ De bello iudaico. Liber tertius incipit.

¶ Sentiens Nero res gestas non prospere indignatur/ mittit Vespasianum in Syriam ad regēdos exercitus & ulciscendos iudæos rebellantes tandem ex iudæis. x. milia perimuntur/ non cessant iudæi uerum Ascalonem petunt/ sed Antonius positus insidiis qua erant transitori super octo milia interficit cæteri aufugunt. Niger unus ex ducibus iudæorum in turrim se recipit quem Antonius succendit ille uero saltu demissus euadit/ uidentes iudæi illum gaudēt q; dei providentia dux eorum in posterum sit seruatus.

Cap. I.



Eronem autem ubi res apud iudæam non prospere gestas accepit. Latens quod necesse fuit cum stupore timor inuadit/ aperre autem superbiā si mulans/ ultro etiam indignabatur/ magisq; ducis negligentia/ quam uirtute hostium quæ contigerant esse dicebat. Dicere se putans propter pondus ipse tristiora contemnere uideri quā malis omnibus superiorem animum gerere. Verū tamen curis arguebat mentis eius perurbatio cū deliberaret cui nā motū crederet orientē qui una & iudæos rebellātes ulcisceret/ proximaq; his nationes simili morbo correptas ante caperet. Inuenit igitur solū Vespasianū his necessitatibus parem & qui tanti belli magnitudinē sustinere posset uirgē ab adolescentia usq; ad senectutē bellis exercitātū/ & qui populo Roma. iā pridē pacasset Hesperia Germanosq; tumultu cōcussam/ armisq; ante illud tēpus incognitam Britannia uindicasset. Vñ patri quoq; ipsius claudio pstiterat/ ut sine proprio sudore triūpharet. Itaq; his uelut oibus fretus Nero/ atq; illius cū pēritia stabile cernens obsidesq; fidei liberos/ eorūq; filiorū uigorē manus esse paternæ prudentiæ/ iā tum fortasse de totā republica deo aliqd ordināte/ mittit eū ad regēdos exercitus in Syria cōstitutos/ multis pro tēpore blandimentis atq; obsequiis animatū qualia necessitas imperare cōsueuit. Ille autē proritus ex Achata ubi cū Nerone fuerat/ Titum quidē filium suū dirigit Alexandriā ut inde quintā item decimā legiones moueret. Ipse uero trāsmisus ad Hellespontū terreno itinere sic Syria peruenit ibiq; Romanas vires multaq; a uicinis regibus auxilia cōgregauit. At iudæi post malam Cæstii pugnam insperata foelicitate sublati/ animorum impetus cohibere non poterant. Sed

tanquā fortuna eos exagitante perciti bellum ulterius producebant. Deniq; omni quanta fuit manus pugnacissima congregata ascalonē petierunt. Ea ciuitas antiqua est septingentorum & .xx. stadiorū spatio ab hierosolyma distans & iudeis semper iouisa quæ res fecit ut etiam tūc primis eorū incur- sibus propior uideretur. Tres aut uiros aggressionis duces habebant & corporis uiribus & prudē- tia præstantissimos Nigrum Peraitam & Syriā Babyloniu & loānem Essatus. Ascalon enim ualidis- simo quidē muro cincta erat sed uacua poene præsidii. Vna enim cohors eam peditū & una equestris ala tuebatur quibus præfectus erat Antonius. Illi quidem ira multa uelocius itinere peracto quoniā ex propinquo uenirent præsto erant. Antonius uero nec enī eorum fore impetū ne sciebat equites iā de ciuitate duxerat & neq; multitudinem ueritus uel audaciā primas hostiū coitiones fortiter susti- nuit murūq; properantes aggredi refrēnauit. Itaq; iudei q; cū peritioribus imperiū & pedites cū eq- tibus constipatis aut inordinati leuiterq; armati cum instructis plusq; indignationi quā consilio tri- buentes cū morigeris & metu rectoris omnia faciētib; dimicaturi facili erat aduersariis labor. Nā ut semel eorū primæ ab equitibus turbate sunt acies fugā petunt & morū uersus se a tergo argenti- bus incedentes suimetipsi hostes erant donec omnes incurisibus equitū uicti per totū campū dispersi sunt qui fuit plurimus totusq; habilis equitantibus quod quidem Romanos iouit / ut magna quidē strage iudeos prosternerent. Nā & fugientes præuertēdo torquebant & quos occupassent curriculo transfigendo infinitos peremere. Alii uero alios quocunq; se uertissent circumdatos exagitantes faci- le iaculis opprimebant. Et iudeis quidem propria multitudo per desperationē salutis solitudo uide- batur. Romani uero licet in bello pauci essent rebus tamen secundis animati etiam superflui resi- doi uidebantur. Et illi quidem res aduersas superare certabant dum cito puderet fugere mutariq; for- tunā sperant. Romanis aut in his quæ prospere agerēt minime laboratibus ad maiore usq; diei par- tē pugna protracta est donec iudeorū qdem perempta sunt. x. milia duosq; duces loānes & Sila. Cæ- teri uero & plariq; sancti cum Nigro qui unus restabat ex ducibus in ciuitatē idumæ quæ Sallis di- citur confugere. Nonnulli tunc etiā Romanorū in illo prælio uulnerati sunt. Sed non iudeorū spiri- tus clade tanta sedatus est multoq; magis eorū dolor incitauit audaciā & consiliēres quantū ante pe- des mortuorū iaceret pristinis rebus foeliciter gestis ad plagā alterā illicebantur. Deniq; paruo tēpo- re intermisso q; ne curandis qdem uulneribus satis esset cunctisq; aggregatis uiribus maiore cū indi- gnatione multoq; plures Ascalonē recurrebant eadē se præter imperitiā aliq; belli uitia comitante fortuna. Etenī cū Antonius qua transitori fuerant posuisset insidias ex improviso in eas dilap- si & ab equitibus circumdati priusquā se ad pugnā componerent iterū super octo milia procubuerunt cæ- teri uero omnes aufugerunt. Cūq; his Niger multis dum fugeret magni animi facinoribus demon- stratis & quoniā hostes instarent in turrim quandam tutissimā compelluntur cuiusdā uici cui nomē est Bezedel. Antonius uero cū suis ne uel moras circum turrim quæ inexpugnabilis esset diu teneret uel decē hostiū fortissimū uiuū relinqtēt ignē muro supponūt turriq; inflāmata Romani qdē exultā- tes recedūt qsi ēt nigro cōsumpto. Ille aut in castelli specus intrinū ex turri saltū demissus euadit tri- duosq; post locis cū fletu eū ad sepulturā inuestigantibus sese ostendit gaudioq; insperato repleuit omnes iudeos tanquā dei prouidentia dux eis in posterum reseruatus.

Vespasianus Antiochiam cum exercitu uenit Agrippam offendit fert opem Sephoritis contra iudeos. Cap. II.

ET Vespasianus antiochiā exercitū ducēs quæ Syriæ Metropolis est magnitudine simul aliq; foelicitate sine dubio tertiu inter omnes quæ in Romano orbe sunt locū obtinētes / ubi etiā aduētū suo regem agrippā cū omni manu prop- ia offenderat præstolari ad pio- lemaidā properabat. In hac aut ciuitate occurrerunt ei sephoritæ ciues oppidū Galileæ colentes / sol mente pacata / qui tam suæ salutis prouidentia quā Romanorū uiriū gnari etiā priusquā Vespasianus ueniret Cæstio Gallo fidē dederant / dextrasq; iunxerāt & præsidii militare susceperāt Itaq; & benignissime a duce suscepti alacri animo etiā contra gentiles suos auxilia pmiserant. Qui- bus interim Vespasianus ultionis causa poscentibus equitū peditūq; tantū numerū tradidit / quantū obistere posse arbitrabatur incurisibus / siquid iudei commonere tentassent. Non enim minimū eē ui- debatur futuri belli periculū / auferri ciuitatem Sephorim Galileæ maximam & in loco tutissimo co- ditam / totiusq; gentis futurā præsidio.

Dux sunt galileæ opimæ abūdantes / homines pugnaces sunt cōtinēt hæ puinciæ diuersas ciuita- tes quæ irrigantur diuersis fluminibus qbusq; sinibus terminantur. Cap. III.

Væ sūt aut galileæ quæ superior & inferior appellantur easq; Phœnice & Syria cingunt. Discernit uero ab occidente Ptolemais territorie sui sinibus quondam & Galilæorum. Nunc autem mons Tyriorum Carmelus cui coniuncta est Gamala ciuitas hippcon hoc est equitum quæ sic appellatur ex eo q; equites ab Herode rege dimissi coloni deduceban- tur a meridie aut Samaris & Scythopolis usq; ad flumen iordanē / ab oriente uero Hippene & Ga- daris / sed

daris sed Gaulanitide diffinitur quæ etiâ regi agrippæ fines sunt. Septentrionalis autem eius tractus Tyro iteq; Tyriorû finibus terminatur. Inferiores quoq; Galilææ fines quâ longi sunt ex Tyberiadē ad Chabulon cui uicina est in locis maritimis Ptolomænsium ciuitas propagatur. Latitudine aut pater ex uico Zalth qui in magno cāpo situs est usq; ab Bersaben/unde etiâ superioris Galilææ latitudo incipit usq; ad Baca uicū qui terrâ dirimit Tyriorû. Longitudo uero eius a Thella uico Iordanis proximo usq; ad Meroth tenditur. Sed cū tāta sine utraq; magnitudine/tantisq; gentibus alienigenis cincta semp tamē omnibus belli periculis restiterit. Nā & pugnaces sunt ab infantia Galilæi & omni tempore plurimi/neq; aut formido unq; uires aut eorū penuria regiones illas occupauit/quoniā totæ opimæ & fertiles sunt omniumq; generū arboribus confitæ/ut etiam minime agri colendi studiosos ubertate sui prouocent. Deniq; excultæ sunt ab incolis totæ/nec pars ulla est otiosa/quin & ciuitates ibi crebræ sint/ubiq; multitudo uicorū propter opulentia populosa/ut qui sit breuissimus supra. xv. milia colonorū habeat prorsus/ut etiâ si quis magnitudine minorē Galilæā direxit quā trans fluuiū regionem uiribus tamen eam prætulit/hæc enim omnis est in opere assidueq; fructuum ferax/ut illa quæ trans flumen est licet multo maior sit/pleraq; tamen aspera atq; deserta est & nutriendis fructibus māluctis inhabilis. Galilææ uero mollicies & ingeniū fructuosum cāpos cū uariis arboribus confitos/cū maxime oliueis ac uineis & palmetis excultos. Irrigatur autem abunde montanis torrentibus a fontibus aquæ perennis/quotiens illis Syrio aestuante defecerint. Et longitudo quidē eius est a Machærumte in pellam. Latitudo uero a Philadelphia usq; ad Iordanem. Et Pella quidem quā su prædiximus septentrionalis eius est tractus. Occiduus uero Iordanis/meridianus autem Moabitis regio terminat. Ab oriente autem Arabia & Silbonitide necnō & Philadelphia/iteq; Geraris clauditur. Samaritensis aut regio inter Iudæam quidem & Galilæam sita est/incipiens enim a uico in planicie posito cui nomē Genea in Acrabarenā definit Toparchiā sed natura nihil ab Iudæa discrepat. Nam utraq; montuosæ sunt & campestres agroq; collendo molles atq; opimæ necnon & arboribus plenæ pomisq; tam siluestribus quam mansuetis abundant eo q; nūquā natura sint aridæ imbrimq; satis habent. Dulces autem per eas multi modis aquæ sunt/boniq; graminis copia/præter alias earū pecora lactis abundant/quod; maximum uirtutis atq; opulentia specimen est utraq; uiris referta est. His autem finitimis Anath uicus qui etiam Borcei appellatur Iudææ limes a septentrione. Meridiana uero pars eius si in longitudine metiare adiacenti uico Arabū finibus terminatur/cui nomen est Iordan. At Iudææ latitudo ex Iordane flumine usq; ad Iopen explicat/media uero ciuitas eius est Hierosolyma. Vnde qdam non sine ratione umbilicū eius terræ id oppidū uocauerunt. Sed nec marinis quidem delitiis caret a Ptolomaida usq; locis extenta maritimis. in. xi. autem sortes diuisa est/ quarū prima est regnum quod optinet Hierosolymorum ciuitas præ cæteris inter omnes accolæ eminens uelut caput in corpore. Aliis uero post hæc toparchiæ sunt distributæ. Gophna est secunda/ & post eam Acrabattæ est. Deinde Thamna & Lydda iteq; Ammaus & Pelle & Idumæa & Engadde & Herodiū & Hiericus post quas iamnia & Iope finitimis præsunt/ & præter hanc Gamalitica & Gaulanitis & Bathania & Traconitis/ quæ etiam regni agrippæ partes sunt. Eadem uero terra incipiens ex monte Libano & fontibus Iordanis/usq; ad Tyberiadis proximum lacum latitudine pandit. Ex uico autem qui appellatur Arphas qui ad Iuliada oppidum tendit latitudinem & habitatur ab incolis Iudæis una Syrisq; permixtus.

Exercitus quem dederat Sephoris Vespasianus/ diuiditur in duo/ assidue ciuitates & loca illa incursant depredando Iosephus in Sephorim impetum facit sed nihil effecit totam Galilæam igne & sanguine repleuit.

Cap. III.

In Iudæa quidem & quibus essent cincta regionibus/ quam maxime potui breuiter exposui. Quod autem Vespasianus miserat auxilium Sephoris/ hoc est equites mille/ sexque milia peditum/ Placido eos regere Chiliarcho castris in magno campo positis bifariam diuidantur. Et pedites quidem in ciuitate ipsius tuendæ causâ/ equitatus uero in castello debebant. Vtrinq; autem assidue prodeundo & circum eas regiones loca omnia incursando/ magnis incommodis Iosephum eiusq; socios quamuis quietos afficiebāt. Et præterea ciuitates extrinsecus depredabantur eorumq; conatus si quando excurrendi habuissent fiduciam repellebant. Sed Iosephus quidem aduersus ciuitatem impetum fecit/ sperans eam ita capere quam ipse antequam a Galilæis desisteret ita muris cinxerat/ ut Romanis quoque eēt insidita. Vnde etiam de spe decidit/ cum & nō & suasa infirmior Sephoritis fuisset inuentus/ magnamq; in Iudæa bellum accendit Romanis indigæ ferentibus insidias. Et propterea nec die nec nocte ab agrorum depopulatione cessantibus/ sed passim diripientibus quicquid rerum in his reperissent. Qui tamen cum mortem pugnacibus semp inferrent/ imbelles ad seruitium capiebant. Ignis uero & sanguis Galilæam totam repleuerat/ nec quāquam expers eius acerbatis aut eladis erat/ unā salutis spem fugientes habebāt in ciuitatibus quas marorum ambitu Iosephus communierat.

EE iiii

Titus filius Vespasiani patrem suum reperit Ptolemaidē qui multas legiones comparauerat multisq; cuiuscunq; generis ad militiam viros congregauerat. Cap. V.



Itus autem Alexandriam transmissus ex Achaia citius quā per hyemen sperabatur matum quidem militum cuius causa directus fuerat suscepit / compendiosoque usus itinere mature ad ptolemaidam peruenit. Cūq; ibi patrem suum reperisset duobus quā illum secum habebat agminibus erant aut nobilissimā quinta & decima legiones / iunxit etiā quam ipse adduxit quintam decimam. Has autem sequebatur etiam decem & octo cohortes quibus accessere ex Caesaria quinq; cum una ala equitum / & alae quinq; Syriorū / itidem equitū. Decē autem cohortium singulae mille pedites habebant in ceteris vero tredecim sexcenti pedites. & centeni uiceni equites erant. Satis aut auxiliorū etiam a regibus cōgregatū est. Antiochus & Agrippa & Soem / s bina milia peditū & sagittarios equites mille praebuerūt cum Arabiae quoq; rex Malchus praeter quinq; milia peditū equites mille misisset / quorum pars maior erant sagittarii ut tota manus cōputata cum regis decem milia circiter peditem equitumq; colligeret praeter calones qui plurimi sequebantur. & meditationi bellicae assueti nihil a pugnacissimis aberāt q; tempore quidem pacis do minorum exercitationibus interessent. belli autem pericula cum ipsis experirentur / & neq; peritia neq; uiribus a quoquam nisi a dominis uincerentur.

Laudatur Romanorū prudentia instructiū seruos in militiae disciplinā / q; sunt edocti instruendi castis & quem ordinem seruant in bellicis rebus describitur. Cap. VI.



Qua quidem in re nimis admiranda existimauerit Romanorū pro uidentiam ita seruos instituentium / ut non solū uitae ministerio / sed etiam necessitatibus utiles sint. Quod si quis eorum aliam quoq; respexerit militiae disciplinā / profecto cognoscet tantum eos imperium non fortunae munere sed propria uirtute quāsisse. Armis enim uti non ex bello coeperunt / neq; solum si necesse sit manus mouent / cum in pacis ocio cessauerint / sed armis ueluti natura coherentes nullas capiunt exercitationis inducias / nec tempora praestolantur. Meditationes eorū nihil a uera contentione discrepat / sed in dies singulos militum quicq; omnibus animis tanquam in procinctu positus exercetur / quo etiam facile praelia tolerant. Nec enim uel ordo neglectis eos a cōsuetra dispositione dispergit / neq; motus ab assumptis dimouet aut lassitudo. Vnde sequitur ut semper superent quos non itidem confirmatos inuenerint. Nec errauerit si quis eorum meditationes cōfictus esse direxit sine sanguine / contraq; praelia meditationes esse cum sanguine. Nec enim cursu cap / faciles sicut hostibus / sed quocunq; in hostilem terram irruerint ante castrorum munitionem nunquam praelium sumunt. Quae quidem non leui opere neq; iniquo loco erigunt nec omnes inordinatē describunt / sed siquidem inaequale solum fuerint complanatur. iiii. angulis eorum dimensio designatur. Nam & fabrorum multitudo & feramentorum copia quae usus extructionis poscit / sequitur exercitum & interior quidem pars castrorū tabernaculis distribuitur / ambitus autem eorum extrinsecus muri faciem praefert ordinatis etiam turribus pari spatio dispositis / quarum internaella telis atq; balistis aliisq; machinis saxa iacentibus omnibus instrumentis missilium complent / ut cuncta scilicet iaculorū genera in promptu sint. Ex omni autem muri parte. iiii. portas aedificant tam iumentis aditu faciles quam ipsis si quid urgeat intro currentibus latas. Intus autem castra uici spaciis interpositis dirimunt mediaq; rectorū tabernacula collocant. & inter haec ducis maximi medium templo si / millimum prorsus ut quasi repentina quaedam ciuitas exstet forumq; & opificum stationes & sedes militum primatibus ordinumq; principibus ubi si quae sunt inter alios ambiguitates iudicent. Ipse uero ambicus & omnia quae in eo sunt multitudine simul & scientia fabricantium opinione citius cōmunitur. Quasi res urgeat foissa extrinsecus cingitur depræssa cubitis. iiii. parit. spacio lata. Armis autem septi per contubernia cum decore atq; ocio in tētorius agunt / omniaq; ab his ordinate etiam alia caute quae per contubernia expediunt / ueluti si ligno aquaue opus sit aut frumēto. Nec. n. corna uel prædiū eam uouerit in potestate cuiusq; est. Simul aut oibus somnus & excubiae & uigiladi. i. pa buccina significat. Neq; eni est oīno qd q; sine edicto gerat. Mane aut milites qdē ad cēturiōes / illi uero ad chiliarchos cōueniūt salutatū / cū qbus ad summū oīum ducē uisuerū ordinū pncipes. Ille aut his signū aliq; dat ex more pcepta pferēda subiectis q; qdē & cū in acie sunt agētes citius patet / ut si res exigat incursubus eius iēq; remocariōibus uniuersū pariter oblectūdēt. Cū aut castris egredidū est tuba indicū facit / nemoq; ociosus est. Sed uel solo nutu moniti tabernacula colligūt / oīaq; ad pfectionē instruit. Deinde iteq; tuba ut sunt parati significat. Illi aut cū multos & iumēta sarcinis onerauerit uelut i curuli certamine signū expectāt. Castra uero icēdūt & q; sibi alia mūire facile sit. & ne qn hostibus eadē usui sint. Et tñ tertio quoq; tubae signo idicāt / ut exeat. urgēdo alq; ex causa morātes ne q; ordinē deserat. Dextraq; duci pncio assans ter si ad bellū parati sunt / nocte patria pcontat. Illi lig; totiens alacri & magna uoce paratos esse se respondēt iterrogantemq; praueiniūt & martio qdē spiritu repleti cū clamore dexterās erigūt. Deinde ociose & cū omni decore progredientes ambulant suum

lant saum quifq; ordinem uelut in bello custodiens. pedites quidem thoracibus & galeis septi & ex utroque latere sicas ferentes. Leuius autē gladius multo est longior cū dexter mēsurā palmæ non excedat. Qui uero ducē stipāt lecti pedites scuta & lanceas portant/cætera manus hastas & clypeos longos seramq; & corbē & sarculū & securim & habenā & falcē & catenā triduiq; uaticū ut parū inter sit inter hominū animalia & pedites. Equitibus autē ad dexterā gladius est longior & cōtus in manu transuersusq; ad æquilatera clypeus ternaq; super pharetrā uel amplius dependent lata cuspide iacula nihil ab hastis magnitudine differentia. Cassides uero & thoracas pedibus habēt similes. nulloq; armorū genere discrepant & in his equitū lecti qui circū ducē morantē. Agmen autē semper cui sorte id obtigerit antecedit. Talia quidem sunt Romanorū itinera & mansiones itemq; armorū uarietas. Nihil uero nec in p̄iis inconsultū aut subitū agunt sed oīa semper sequūtur facta sentētia opusq; adhibetur ante decreta. Vnde aut minime peccant/aut si peccauerint facilis est errati correctio. Fortunæ autē successibus meliores consiliorū etiā si aliter cesserit arbitrantur euentus/ quasi bonū qdē fortuitū illiciat. ut diuina p̄udentia nō esse credatur quæ uero ante cogitata fuerint etiā si aduersus casus exceperit bene iā meditados exhibeāt ad cauendū ne idē rursus eueniat & bonorū qdē fortuitorū nō is auctor sit cui cōtingerint/ totū uero quæ innoxii acciderint/ saltē quot rectū consiliū cœperit uideatur esse solatio. Armorū quidē exercitatione cōparant/ ut non modo corpora sed animi quoq; militū fortiores sint. Maior tñ illis est ex timore diligentia. Nāq; leges apud eos non desertionis solū uerum etiā minimæ negligētiæ sunt capitales. ducesq; magis quā ipse leges terribiles. Nāq; bonos honorādo redimunt ne in coercendis noxiis sint crudeles. Tanto aut obsequio rectoribus parent/ ut & in pace ornamento sint & in acie corpus unum totius conspiciatur exercitus. Sic eorū copulati sunt ordines/ ita circūduci sunt mobiles/ & acutis auribus ad præcepta oculisq; ad signa & ad opera manibus unde facere quidem semper strenui sunt/ patiti uero tardissimi. Nec est ubi præliantes aut multitudinē hostiū ut consilia sentire ducū aut difficultatē regionū/ sed ne fortunæ qdē succubere. Nā & cā certiorē putant esse uictoriā. Quorū igitur actus ex consiliis incipiunt deliberantibus/ adeo strenuus paret exercitus. quid mirū si Euphrates ab oriente & oceanus ab occidente/ itemq; a meridiano tractu Libyæ fertilissima regio. & septentrione Rhenus atq; Ister sunt imperii limites/ cū minorem esse possidentibus possessionem recte quis dixerit hæc ego profectus sum non tam proposito lau ladi Romanos/ quam solatio deuictorum. & ut nouarū rerum cupidos deterrerem/ fortasse autem ad experientiam proderit bonarum artium studiosis Romanæ instituta militiæ nescientibus redeo tamen unde digressus sum.

Vespasianus cū filio suo ordinat exercitū in Ptolemaide placidus interimit maximā multitudinē in galilæa/ peruenit iotapatē qui receptus cum suis a iudæis illico sunt interfecti/ ex iudæis uero tres ceciderunt Placidus aufugit.

Cap. VII.



Vespasianus quidē una cū Tito filio suo in ptolemaide iterim degens ordinabat exercitū. At uero qui Galilæā persuaserat placidus ubi maximam eorum quos comprehendisset multitudinem interemit/ hæc autē fuit Galilæorū imbecillior turba animisq; deficiens pugnacissimos aut uidit semp in ciuitates confugere/ quas iosephus cōmunerat/ in iotapata quæ omniū tutissima erat ipetū uertit/ existimans eā repentino aggressu facillime captū iri magnāq; & sibi ex ea re alios apud rectores gloriā cōparandā & illis cōmodū ad reliqua maturius explicāda quasi moerū cessuris aliis ciuitatibus. si quæ ualidissima esset occupatā uidissent. Multū tunc opinioe deceptus est/ iotapateni enī cum eius impetum præsensissent prope ciuitatem aduenientē excipiunt/ egressiq; cū Romanis ex improviso plurimi & ad pugnā parati. necnon & alacres quippe ut pro salute patriæ/ item coniugum liberorumq; dimicantes. in fugā eos uertunt multosq; sauciant/ septē solum ininterfectis/ quia neq; solū inordinate pugna discessere septisq; undiq; corporibus leuiter fuerant uulnerati/ cum iudæi magis quoq; eminus iaculati quam manus conferre inermes/ cum armatis cōfiderent. Ex ipsis aut iudæis tres ceciderunt paucis præterea sauciatis. Placidus qdē impetu suo languidior inuentus esset aufugit.

Vespasianus cum armatis suis in Galilæam peruenit/ timent omnes/ iosephus conspiciens non posset repugnare in Tyberiade confugit.

Cap. VIII.



Vespasianus uero ipse Galilæā cupiens iuadere/ ex Ptolemaide proficiscitē ordinato militū itinere/ sicut Romani cōsueuerūt. Auxiliatores uero q leuius armati eēt/ iteq; sagittarios præire iussit ad repētinis icursus hostiū cohibendos. & ut suspectas atq; oportunas siluas insidiis scrutaretur/ cū qbus et erat Romanorū armata portio eqtes peditesq;. Eos autē sequebantur de singulis hecatontarchiis decē armatorū suā ferentes mensurasq; castorum. Post hostes stratores mirari ibant/ q aggeris maligna corrigerent ac deuia complanarent. siluasq; obstātes præderent/ ne perplexo itinera fatigaretur exercitus. Deinde suas itemq; subiectorum sibi rectorum sarcinas & iunioris causa multos cū his equites ordinauit. Post quos ipse ueniebat/ lectos pedites/ eqresq;

necnon

nechon & lancearios secum ducens. Equitumq; præterea suorum agmine comitatus. De singulis enī turmis proprios centū & viginti egres deputatos habebat. Hos sequebantur qui expugnandis ciuitatibus machinas & cætera tormēta portarent. Deinde rectores itēq; præfecti cohortibus. Chiliarchi stipati lectis militibus. Et post hos circū aquilā signa alia quæ omnibus apud Romanos agminibus præest/ quod & uniuersarum animū regnū habeat/ & sit ualidissima. Itaq; illā & principatus insignē putant omēq; uictoriæ quodcuq; bello petierint. Sacras uero signorū effigies. itidē sequebantur cornu cines/ & post eas acies in latitudinē senis digesta militibus. Hisq; adhærebat ex more quidā hecatontarchas/ disciplinz atq; ordinis custos. Serui autē singulorū agminū cincti cum peditibus erant multis aliisq; iumentis aduehentes militū sarcinas. Omnium uero agminū postrema erat mercēnaria multitudo. eaq; armorū coactores sequebantur armati pedites equitesq; nō pauci. Itaq; peracto itinere Vespasianus cū omni exercitu ad fines Galilee puenit. ibiq; positis castris quāuis promptos ad bellū milites continebat/ una & ostendendo exercitū quo hostes metu pcelleret. spatiūq; indulgēdo pœnitēdiū si quis ante præliū uoluntatē mutaret. Nihilominus autē murorum instruebat obsidiū. Itaq; multisq;dem rebellionis fugere uel solus fecit ducis aspectus. mortū uero uniuersis incussit. Iosephus enī eialq; loci h non longe a Sephorim castra posuerunt/ ubi bellū appropinquare cognouerunt/ & iam iamq; Romanos prælio secū congressuros non modo ante pugnā/ sed anteq; hostes omnino cōspicerēt fuga disiecti sunt. Cū paucis autē relictis iosephus ubi se animaduertit neq; ad excipiēdos hostes sufficientē manū habere/ iudeorūq; animos concidisse ac si fides his haberetur. plerōq; libēter ad hostes defectū ire. iam tum qdem bello omni quiescebat quā longissime autem periculis abesse decreuit abductisq; qui secum remanserāt in Tyberiada confugit.

Vespasianus ciuitatē Gadarensiū capit iosephus mittit hierosolymā litteras. si cupiāt fedus uel bellū cū romanis/ si bellū mittāt condignū exercitū ut possint repugnare Romanis. Cap. IX.

 Espasianus autē Gadarensiū ciuitatē aggressus primo ipetu capit q; eā pugnaci multitudi/ ne uacua repperisset. Deinde hinc transgressus interius cūctos etiā puberes interfecit/ cum Romanos odio gētis & cladis memoria quā ptulerat Cestius nullius ætatis misericordia cōmoueret. Incēdit autē nō solū ciuitatē/ sed & oēs circū uicos & municipia quædā penitus desolata. Nonnulla uero quorū habitatores ipse cepisset. iosephus autē quā tuitionis causa optauerat ciuitatē ipse metu repleuit. Nā Tyberienenses nunquā cū nisi de cōi bello desperasset in fugā uersum iri credebāt/ neq; iō hoc eos uoluntatis eius fallebat opinio. Videbat enī res iudeorū quorsum euaderēt/ unāq; illis uia salutis esse si propositū mutauissent. Ipse uero quāuis adhuc speraret a Romanis ueniā tribuendā mori potius uoluisset quā pdira patria cū dedecore administrationis sibi creditæ apud illos foeliciter agere cōtra quos fuerat missus. Decreuit igitur Hierosolymā primatibus quēadmodū sese res haberent cū fide perscribere. ne uel nimis extollēdo uires hostiū timiditatis postmodū argue retur. Vel minus aliquid nunciando fortasse cepti etiā pœnitētes ad ferociā renocaret/ atq; si foedus eis placeret cito rescriberēt aut si bellandū esset dignū ei cōtra Romanos exercitū mitterēt/ ille qdē hac epistola scripta mature dirigit qui in Hierosolymam litteras ferret.

Vespasianus agrediēs rescindere iotapata montē ubi iudei plurimi cōfugerāt/ ciuitatē circūualare iubet p milites ipse pficiat/ ponit castra/ aggeres facit ad oppugnandū ciuitatē iosephus curat ut muri ciuitatis altius. p. x. cubitos eleuent quod Romanos multū perruit. Cap. X.

 Espasianus autē iotapata excindere cupiens/ uā in eā plurimos hostiū refugisse cognouerat/ & præterea ualidissimū hoc eorū esse receptaculū præmittit pedites cū equitibus qui montanū iter cōsequarēt sax is asperū ac peditibus quoq; difficile/ omnino uero equitibus inuiū. Et hoc qdem quattiduo fecere quod insum est latamq; aperuere exercitui uia. Quo autē die iosephus qui mensis maii uigēsimus & primus erat. prior in iotapata ex Tyberiade uenit/ abiectosq; iudeorū spiritus erigit. Cū uero transitū eius Vespasiano quidā transfuga nunciasset/ utq; mox ciuitatē peteret incitaret/ ueluti cū ea totū iudea capere posset/ si iosephū subiugasset. Hoc ille nūcio pima foelicitate percepto dei prouidentia factū ratus/ ut qui hostiū prudentissimus uideretur/ uero se etiā in custodiam traderet uoluntariam/ statim quidem cum equitibus mille Placidum præmittit/ unaq; decurionem Ebutum tam manu quam prudentia uirum insignem circūualare ciuitatē iussos/ ne clam inde iosephus elaberetur. Postero autē die cuncta manu comitatus ipse consequitur / & post meridiem usq; acto itinere ad iotapata peruenit. Abductoq; in septentrionalem eius partē exercitū in quodam tumolo castra ponit distante ab urbe stadiis. vii. cōsulito autē quā maxime cōspici ab hostibus affectabat/ ut visu attoniti mirarentur. Quod etiā factū est eosq; tantus continuo stupor in/ uasit/ ut moris egredi nullus auderet. At Romanos quotidie ambulando fatigatos ciuitatē statim agredi piguit ob eandē cām duplici acie circūdato oppido/ tertiū extrinsecus agmen equitū posnere/ oēs iudeis exitus obstruentes/ sed ea res illos in salutis desperatione audaciores effecit/ quippe in bello nihil est necessitate pugnatiū. Itaq; postmodū impetu in muros facto iudei primo quidem locis suis manentes

suis manētes Romanis castra ante muros habentibus resistebant. Postea uero quam Vespasianus & sagittarios & fundibularios omnemq; iaculorū multitudinē adhibita missilibus in eos permisit uti atq; ipse cum peditibus in aduersum collem unde murus inexpugnabilis erat niti coepit: tunc ciuitati metuens iosephus & cum eo cuncta iudeorū profudit multitudo omnesq; in Romanos pariter irruētes p̄ uia muros eos deterruere multa manu simul & audacia patrando facinora neq; minora patiebantur: tunc quā faciebant. Nam quantum ipsos salutis desperatio tantum pudor incendebat Romanos. Et hos quidem peritia cum fortitudine illos autē dūce iracundia ferocitas armabat. Denique cum toto die pugnatum fuisset/præliū nox diremit/in quo Romanorū plurimis lauciatis trefdecim interfecti sunt. Iudeorū autē cū sexcenti essent uulnerati septē & decē ceciderunt. Nihil quoq; minus Romanis postridie iterū irruentibus occurrunt. multosq; fortius resistunt/ ex eo scilicet fiducia nacti/ q̄ eos pridie præter spem sustinuerunt. Sed eos quoq; pugnaciores experti sunt/ q̄ eorū iracundiā pudor incenderat/ uinci credentiū nisi cito uicissent. Itaq; per dies quinq; Romanis minime ab aggressionē cessantibus Iotapatenorū excessus angebantur/ murisq; fortius oppugnabatur. Et neq; iudei uires hostiū formidabant/ neq; Romanos difficultas oppidi capiendi lassabat. Et enī Iotapata paucioris tota rupes est/ ex aliis quidem partibus undiq; uallibus immensis præceps / ut earū altitudinē oculis deprehendere cupientiū aspectus ante deficiat. Ab una uero tantū boreæ parte adiri potest ubi per transuersum latus desinentis montis ædificata est. Quod quidē ipsum muro ciuitatis iosephus fuerat amplexus/ quo inaccessa essent hostibus superiora cacumina. Aliis uero circū mōtib; recta priusquā in eā perueniretur/ a nullo poterat conspici. Iotapata q̄dem sic erat communita. Vespasianus autē & cum natura loci simul certandū putans/ & cū audacia iudeorū incipere obsidionē acriter statuit/ aduocatisq; sibi subditis de aggressu deliberabat. Cūq; aggerē fieri placuisset/ quā parte murus facilis erat accessui/ totū ad cōparandā materiā misit exercitum/ oppidoq; propinquis montibus excisis/ magnaq; uia lignorū & lapidū congregata/ scutisq; minoribus siue ancylis ad cūtanda iacula desuper missa per ualles dispositis/ sub eorū defensione aggerē construebant. Nulla autē noxa uel minima telorū erat quæ de muro iacerentur. His autē alii terrā ex propinquis tumulis eruentē sine intermissione suppeditebant/ cunctis trifariā distributis/ nullus erat ociosus. At iudei super eorum tegmina saxa ingentia & omne telorum genus immittebant/ quæ licet minime penetrarent/ magnos quidē crepitus dabant/ & horribile impedimentū erat operantibus. Tūc igitur Vespasianus machinis missiliū circūpositis/ erant autē omnes/ clx. in eos q̄ super murū astarent iussit tela contendī similisq; ex balistis lanceæ percurrerent/ saxaq; tormentis ingentia mittebantur/ ignisq; & sagittarū frequentissima multitudo/ quæ non solū murum/ sed etiam tutum intra iactum earū spaciū iudeis inaccessum fecere. Arabum uero sagittariorum manus & iaculatores/ itēq; fundibularios & omnes machinæ telis operabatur. Neq; tamen his iudei prohibiti ne desuper ulciscerētur quieti erant/ sed excurrendo per cuneos more latronū tegmina operantiū dissipabant/ nudatosq; feriebant/ ut si quādo illi cessissent aggerem dissipabant/ uallorumq; munimenta cum ancylis igni tradebant/ donec Vespasianus cognito huius incommodi causam ex distributione operum contigisse/ q̄ interiecta spacia iudeis locum aggrediendi præberent/ aduocauit tegmina coniunctisq; pariter uiribus obreptiones hostium præpeditæ sunt. Erecto autē prope aggere pauloq; minus æquato propugnaculo indignum esse ratus iosephus nihil cōtra moliri quod oppido saluti foret/ conuocat fabros murumq; altius iubet extolli. Cum illi iam multis obstantibus iaculis minime ædificare posse firmarēt/ hanc eis defensionē excogitauit. Sudibus fixis per eos bouum coria extendi præcepit/ quæ missos tormentis lapides sinuata susceperent/ quibusq; repulsa tela cætera dilaberentur/ & ignis humore languesceret. Hisque ante fabros oppositis illi murū die noctuq; operando/ ad uiginti cubitorum altitudinē erexerunt crebris etiā turribus in eo constructis pinnisq; ualidissimis aptatis/ quæ quidem res Romanis iam intra ciuitatem se esse credentibus magnum somnium comparauit/ tam iosephi molitiōe quā oppidanorū obstinatione perterritis.

Vespasianus certans pluribus diebus uidens non posse capere ciuitatem statuit obsidere eam ut cogerentur inopia rerum redere uidens nolle eos redere/ iterum ad certandum se conuertit iosephus cogitat de fuga cum suis/ populus hortatur ne recedat/ ipse dicit melius / qui parabit alium exercitū quo reuocabit Vespasianus ab eis statuit remanere/ se parat ad prælium/ egreditur multis irrationibus Romanos egrediens Vespasianus nollens cum desperatis congregi iubet ut armati declinent imperium.

Cap. XI.



T Vespasianus & calliditate cōsiliū & hostium audacia magis irritabat/ quoniam recepta ex munitione fiducia Romanos ultra incurfabant/ qnq; dies singulos plia catenarum & cuiuscūq; modi latrocinale doli & eorū q̄ casus obtulisset rapinæ aliorūq; incēdia fiebant donec Vespasianus setento milite a pugna statuit obsidere ciuitatem/ ut eam ulni necessarios penuria caperet. Aut. n. coactos inopia sibi supplicaturos/ aut si ad finem usq; in eadē pertinacia durauissent

durauissent fame consumendos eius habitatores putabat/multosq; faciliores pugnae fore/ si post interuallū rursus anxius incubuisset. Itaq; oēs exitus eorū asseruari precepit/ illi aut frumēti quidē aliarūq; omniū rerum intus habebāt copiam propter aquae uero penuriam quia neq; fons erat intra ciuitatem & imbre cōtentis eius habitatoribus rara est in illo tractu aestiuis mēsis pluuiā. Quo tēpore obseſ si etiā hoc uehementius afficiebantur/ quod arcendae ſiti fuerat excogitātū quodq; fieri ac uelut oīs aqua iam defecisset aegre ferebant. Iosephus enim & cum ciuitatē uideret abundare aliis rebus fortēq; aīo uiros esse quo longiorē Romanis obsidionē faceret/ quā sperabant iam tunc potus mensuram ciuibz ministrabat. Illis aut conseruari aquā penuria grauius esse uidebatur/ ampliorēq; cupiditatē mouebat q; ius bibendi liberū nō haberēt/ ac uelut ad extremā ſitim peruentū essent labori cedebāt. Hoc aut modo affecti Romanis latere non poterant qui eos ex aduerso colle trans murum in unū confluere locum/ & aquae mensuram accipere prospectabant. Quo etiam ballistarū puenientibus talis plurimos occidebant. Vespasianus quidem nō multo post exhaustis puteis ipsa sibi necessitate traditam iri ciuitatē sperabat. Iosephus aut ut hanc eius spem frangeret iussit quāplurimos per muro rum pinnas dimersa undis atq; humida uestimenta suspendere/ ut omnes repente aqua perfluerent. Ex quo moeror simul Romanis ac timor erat/ cū tantum aquae uiderēt eos ludibrio cōsumere quos potus indigere credebant. Deniq; dux belli etiam cum ipse quia penuria ciuitatē posse cape despā/ set/ iterum consiliū ad uim atq; arma conuertit. Iudaeis id quoq; maxime cupientibus. Nāq; nec se nec ciuitatē saluā fore credebant priusquā fame uel ſiti perirent mortem bello optabant. Iosephus tñ prāter hoc aliud consiliū quo sibi copia pararetur per quandam uallē deuīā/ ppter ea quia minus curiose habitam a custodibus excogitauit. Mittendo enim per occiduas eius partes litteras ad quos uellet iudaeos extra ciuitatem degentes ab his omnia usui necessaria & quae in ciuitate defecerāt accipiebat mandato comitatibus ut plerūq; ad excubias repararent terga uelleribus recti/ qui si eos nocte uidissent canum similitudinem mentirentur. Idq; factitatū est donec eius fraudem uigiles p senserunt/ uallēq; cinxerunt. Itaq; tunc iosephus non diu ciuitatē sustinere posse prospiciens/ suamq; pariter salutem si uellet remanere desperans cum optimatibus de fuga tractabat. Verum id populus sensit/ & circumfusos ne se negligeret praecabatur in quo solo recumberent. Ipsum enim saluti esse ciuitatis manentem uelut omnes eius causa alacri essent animo certaturi. Quod si etiam capiuntur eundem solatio esse. Decere autem illum nec inimicos fugere nec amicos deserere/ aut quasi ex nati tempestate opprēssa desilire qui ad eā tranquillo mari uenisset. Ipsum enim demersurum esse ciuitatē cum iam nemo audebit hostibus repugnare si discessisset cui confiderent. Iosephus aut quod sibi caueret occultans illorum cōmodo se exitum parare dicebat. Nam intra ciuitatē manendo neq; seruatis grande aliquid se esse profuturum/ & si caperentur una cum his esse frustra periturum. Obsidione uero liberatus extrinsecus maximo eius emolumento fore. Mature. n. congregatis ex territorio Galilaeis alio bello Romanos ab eorū ciuitate reuocaturum/ tunc aut non uidere quod apud eos residens utilitatis afferret/ nisi q; Romanos ad obsidionem magis incitaret ut se caperent magnipēdentes. Quem si fugisse cognouissent multū esse de obsidionis impetu remissuros. Non flexit his populum iosephus/ sed hoc circumsistere se magis incendit. Deniq; pueri & senes itemq; mulierculae cum infantibus flentes ad pedes eius accedebant/ eumq; omnes complexi tenebant/ & ut fortunae socius sibi remaneret cum ululatibus supplicabant. Non inuidia salutis eius quantū ego arbitror/ sed ppria spe. Nihil enī se mali remanente iosepo existimabant esse passuros. Ille autē siquidem paruisset haec praeces esse ratus/ custodiā uero si per uim cogeretur/ multū enim ex intentione discessus etiam quae relarum misericordia fregerat remanere statuit. Cōmunig desperatione ciuitatis armatus/ & nunc tempus est dicens pugna incipere/ cū spes nulla salutis est/ pulchrūq; uitam pacisci pro laude ac forti aliquo patrato facinore in memoriā posteritatis occūbere ad opera sese conuertit. Cum pugnacissimis egressus disiectis custodibus usq; ad Romanorū castra excurrerat/ & nunc pelles aggeribus impositas sub quibus tentabant discerpere/ nunc operibus ignem immittere. Postero nāq; die similiter ac tertio per aliquod dies ac noctes bellando non laborabat. Sed Vespasianus Romanos his incurſibus male affectatos aspiciens. Nam & terga dare iudaeis pudebat/ & fugientes insequi armorū pondere tardabantur/ cum iudaei semper aliquid agentes priusquā paterentur in ciuitatem refugerent/ armatis imperat ut eorū impetū declinarent/ ne uel cū hominibus mortis auidis manū conferrent. Nihil esse fortius desperatis. Restingui autem illorum impetus si proposito careant quasi flāma si materiam non inueniat. Ad hoc oportere Romanos cautius quærere uictoriā augendae possessionis cānon ex necessitate bellantes per sagittarios autem Arabum & Syriae & fundibulatores/ perq; saxa tormentis emissa plerūq; repellebat iudaeos. Nulla enim talorū machina quiescebat. Illi autem hūi quidem male acceptis cedebant/ uerum eminus missa inter iactum subeuntes sauius Romanis instabant/ cum neq; corpori/ neq; animae parcerent/ sed per uicem utrinq; pugnarent/ suorumq; quisq; laboribus subuenientes.

Admonet

Admonet Vespasianus arietē muris/muri concutiantur machinis/cogitat iosephus quō ictus arietis refellat/Romani econtra aliud genus machinant/iosephus cū sociis igne concremarūt Romano/rū propugnacula & aggeres ita ut spatio unius horæ oīa sint concremata. CAP. XII.

Egitur Vespasianus ultro se extimans longitudine temporis hostiumque incursibus obsideri/cum prope iam muris aggeres æquarētur/arietem admoueri præcepit/est autem aries immensa materia malo nauiis assimilis/cuius summum graui ferro solidatum est in arietis effigie fabricati/unde etiam nomen accepit. Dependet autem funibus medius ex trabe alia uelut ex trutina palis utrinque sulcus bene fundatis. Retrorsum autem magna uirorum multitudine repulsus hisdēq; simul rursus impellētib; missus ī frōte pminēte ferro mœnia pcutit/nec ē ulla tā ualida turris/aut morox; abitus adeo latus/ut etsi pores ictus fortiter sustinuerit/assiduos uicas. Ad huius periculū rei duci Romano trāsire placuit/ut capere oppidū pperātī quoniā pñiciosa uidebatur obsidio Iudæis minime qescētib; itaq; Romani qdem balistis cæterisq; missiliū machinis ut facilius ferirēt q de muris obstare tēassēt/adhibitis urebātur/neq; sagittai aut fōdibulatores lōgius aberāt. Cū uero ea causa muros nemo auderet ascēdere ipsi arietē applicabāt gradibus desup/itēq; pellibus septū tā p sui defēsiōe quā machinæ. Et pmo qdē impetu mœnia cōcussa sūt clamorq; oppidanorum uelut iam capti essent maximus factus est. Iosephus autem eūdem locum feriri/neq; multo post murū disturbatū iri prospiciēs/quo cōmento uim machinæ paulatim falleret excogitauit. Saccos enim paleis refertos qua semper impetum arietis feriri uiderent demitti iussit ex muro/ut eo modo secundi ictus errarēt/aut etiā excepta uulnera laxitas frustraretur. Quæ quidem res multū romanis moræ attulit. Nā quocūq; hi machinā conuertissent/contrā illi q super murū stabant palearū traducētes saccos ictibus supponebant/nihilq; murus percussione lædebatur/donec etiā Romani aduersus hoc aliud machinati sunt. Proceris enim contis exhibitis/in his summis falces quibus saccos inciderent alligarunt. Cum aut hoc modo efficax esset opus arietis ac murus quia recens ædificatus erat/ictibus cederet/quod reliquum erat iosephus/eiusq; socii ad ignis auxiliū se cōtulerunt accēsumq; totum quod aridæ fuit materiæ/tribus ex locis pariter inflammare unaq; machinas & propugnacula Romanorū & aggeres concremarūt. Illi uero nō sine malo subueniebant audacia simul eorū territi/& ne adiuuētō essent flāmis puerentibus impediti/quæ aridū noctæ fomiti & præterea bitumen ac picem/necnon etiam sulfur opinione citius uolabant operaq; Romanorū multo labore curata unius horæ spatio possederant.

Quidā uir iudæus saxo sublenato & demisso caput arietis fregit/hic fixus est quinq; sagittæ/ulneribus decidit tandē alii duo uiri Romanorū aciem pruperunt/iosephus uero & cætera multitudo incendit machinas Romanis lugentibus. Cap. XIII.

Ic etiā uir quædā iudæus prædicatione ac memoria dignus inuentus est Samæi filius Eleazarus cui Saab Galilææ patria fuit. Is enī saxū ingens alte sublatū tanta ui super arietē ex muro dimisit/ut machinæ caput obrumperet/idq; ex mediis hostibus saltu ad eos delatus auferret/nulloq; motu reportaret ad murū. Postremo tanq; signo quo tela mitterēt hostibus positus nudo corpore quinq; sagittæ/ulneribus fixus est/earūq; nulla respectu ubi murū ascendit unde uideri ab oībus poterat eius audacia ibi cōstitit/cōpunctusq; dolore plagarū cū arietē decidit. Post hunc fortissimi extiterunt duo fratres Netiras & Philippus de uico Roma Galilæi. Qui cū sup milites decimæ legionis pfuluissent tanto ipetu uig; trāsgressi sunt ut & acie Romanorū perirerēt quousq; aduersum ierant oēs in fugā uerterent. Præter hos iosephus quoq; & cætera multitudo raptis ignibus machinas & refugia cū opibus qntæ itēq; decimæ & eius quæ terga dederat legionis incendūt. Cæteri aut q mox cōsecuti sunt & instrumēta & omne genus materiæ obruere.

Vespasianus in planta pedis uulneratur totus exercitus turbatur superato dolore uulneris senius bellum in iudæos incitauit/pugnatur fortiter utring; cædit murus ictibus machinarum ad matutinas uigilias illi uero munire partem illam. Cap. XIII.

Rursus aut Romanī post meridiem erectū arietem ad eam muri partē quæ pridē quassa/ta fuerat appulere/ibiq; defensorem eius quidam Vespasianī plātam sagitta percussam leuiter uulnerat/quāuis cæli spacio defecisset. Maxima tunc id Romanis perturbationē fecit. His.n. qui prope aderant uiso sanguine perterritis per omnem fama cucurrit exercitum relictasq; obsidione plærīg; cum stupore atq; formidine ad ducem belli concurrebant/& ante omnes. Titus aderat metuens patri. Vnde contigit ut & beniuolentiā circa rectorem & filii trepidatio confunderet multitudinē. Facile tunc pater & timore filiū & perturbatione liberauit exercitū. Superato.n. dolore uulneris & ab oībus qui sui causā pertimuerunt cōspici studens bellū in iudæos senius incitauit. Nā uelut ultor ducis quisq; oē periculum adire eupiebat/& clamore alius alium adhortantes murū petebant. Iosephus aut cum suis sociis licet assiduus balistarū itemq; tormentorū ictibus caderent nequaquam tamen deterrebātur a muro/sed flāmis & ferro & saxis eos asperere q arietē proteciti

protechi palmis impellerent. Nihil aut aut parū proficiebant cum sine intermissione procumberent in conspectu hostium positi quos ipsi contra uidere non possent. Nāq; & suis ignibus collucescentes tāquam si dies esset & certum erat hostibus signū quo tela dirigerent/machinisq; procul non apparentibus missilia cauere non poterant. Ergo propterea non tam balistarum quam iaculorū uel simul multis transfigebantur/missaq; machinis saxa & murorū pininas auferabant & frangebant angulos turrium. Virorū aut nulli tā fortiter constipati erant/ut non usq; ad extremā aciem saxi magnitudine ac uolentia sternerent. Sciet aut aliq; huius machinæ uis quantū ualeat ex his quæ illa noctæ contigere in muro cuidā ex circumstantibus. Iosepo caput auulsum est. eiusq; ad tertiū stadiū ueluti funda excussa caluaria/interdiu quoq; prægnantis foeminae secto utero ad dimidiū stadiū infans abactus est. tāta tormēta uis fuit. Ergo machinis terribilior erat impetus & missiliū strepitus. Crebri aut mortui cum ad mortuos deiicerentur sonabāt & acerbissimus quidem intus excitabant mulierū tumultus extrinsecus aut occubentū gemitus concrepabat. totusq; ambitus muri/ad quē pugnabatur sanguine confluēbat iāq; ascēdi poterat congestione cadaverum. Montibus aut resonantibus multo amplius horror his ex clamoribus accedebat. nec quicquam illi nocti defuit uel quod auribus uel oculis terrore posset incurere. Plurimi quidē pro iotapata decertantes fortiter ceciderūt plurimi etiā lauciati & tamen uis circa matutinas uigilias murus assiduus machinarū ictibus cessit. Cūq; illi quidē corporibus atq; armis septi eā partem quæ deiecta fuerat priusq; Romani pontes apponerent munire.

Vespasianus parat exercitus & machinas ad inuadendū urbē recreato prius exercitu / iosepus cognito consilio Vespasiani ordinat milites ad resistendū p̄liat crudelissimo certamine. Cap. XV.



Anc aut Vespasianus ad occupandā ciuitatē iā ducebat exercitū ex nocturno labore paululū recreatū. Idēq; cupiēs de cōsulsi muri pte alio ppugnatores adducere eqtū qdē fortissimū eqs dispositis trifariā collocat ut tecti armis dirutū lat⁹ undiq; obsiderēt/cūctosq; p̄ae manibus ferrent/q; si pontes ad moueri cōpessent ipsi plures introirent. Post illos autē pedites ualidissimos ordinauit. Reliquā uero equitū multitudinē secundū muri spaciū p montana loca distendit/ne qs fugiens excidiū ciuitatis lateret. Deinde q hos sequerent cōstituit sagittarios paratas sagittas habere iussos. Fundibulatores quoq; similiter & appositis machinis. Alios aut integris muri partibus scalas applicare præcepit/ut q hos phibere tentassent deiectæ partis defensionē relinquerēt/cæteri q omnibus simul telis opprēssi uolentia irrumpentiū cederēt. Iosepus aut hoc cōsilio cognito per murū qdē integrū labore fatigatos/itēq; senes posuit quasi ledi non possent. In parte uero collapsa ualidū & potentissimū quēq; senosq; ante oēs uiros in qbus & ipse fuit ad pericula subeunda. sortitus est/hisq; præcepit ut agminū ululatus ne motu quaterent aures obstruerent/cōtra sagittarū uero multitudinē cōmuniti ptegerēt desup scutis paulatīq; recederēt donec sagittarii pharetras exinanirent. Si uero pontes a Romanis apponerent/ipsos præsilire mādauit hostibus atq; persuasit & eorū instrumētis resistere/unūquēq; uero ita certare debere nō quasi cōseruandā tueret / sed quasi p ditā iā patriā uindicaret/atq; oculis suis proponere mactari senes ac liberos cōiungēq; suas p̄p̄modū ab hostibus capi/iāq; futuræ cladi irā nūc collectā in auctores eius effunderent/ita quidem introq; disposuit. Ciuitatis aut uulgus ociosum mulieres ac pueri postq; oppidū triplici acie uidere circūdātū. nullus enī ad pugnā trāslatus fuerat a custodiis strictisq; gladiis ad prem muri deiectā hostes istare/armisq; mōtana oīa desuper collucere/atq; arabā quēdā sagittariis tela suggeret/ tūc extrema ululatu quasi capta urbe cōsonuerunt/nō ut ipendere mala sed ut adesse iā crederet. Quare ioseppus mulieres ne misericordia suorū animos effeminarēt itra domos cū iterminatione cōcludit silere iussas/ipse uero ad partē muri quæ sibi obtigerat trāsiit. & pontes qdē applicantibus aīum non itendit sed tantū speculabatur ipetum sagittarū/simul aut ac tubicines uniuersorū agminū congregati sunt pariter & grauiter ifremuit exercitus/signoq; dato missis undiq; sagittis lux obscurari cōcepit. Iosepi locū memores præceptorū & aduersus clamorē obstructis auribus & contra sagittarū uulnera corporibus cōmunitis cū admonerent pontiū machinæ ipsi eas cursu & antequā hostes pedē in his ponerent occupant/eosq; ascendere nitētes prælio deterrebant uaria manu/itēq; animi facinora demōstrantes & ne uel in extremis calamitatibus deteriores illi uiderent/hic q sine periculo fortes cōtra illos etiā curabant. Nec prius a Romanis diuellebant quā uel caderent uel occiderēt. Qui Romanis desiliētib; conflictu iam liberi facillime tela dirigebant.

Die. xx. mēsis Iunii Iudæi q̄li defessi qā nō haberēt ppugnatores quos mitterēt/cogitauerūt oleo feruenti super ifuso Romanos oppugnare/ac sceno græco sup sparso ut ide Romani caderēt/uidēs dux Vespasianus tot male milites p̄peti/eos a bello reuocat & a pœna. Cap. XVI.



Taque iudæis perpetuo dimicantibus cum nec unde mutarent propugnatores haberent defessis autem assidue substituerentur proq; his quos uolentia repulissent alii succedere innicem se adhortati latera copulant/protechi que desuper longioribus scutis inextingibilis globus effecti sunt. totaq; acie uelut uno corpore repellendo iudæos in muro iam pedem

pedem ponebant/cū iosephus his rerū angustis consilio necessitatis adhibito/mira est enim machinis excogitandis cum desperatione stimular. Feruenti oleo profundi milites iubet scutorum cōiunctio ne defensos. Id aut iudæi multi qui & paratum haberent/& plurimum cito Romanis infunderent/ipsis etiam in eis lacunis missis calore bullientibus hæc res Romanorum ardentium aciem dissipauit/& cum dolore scæuissimo deuoluebantur a muro. Si quidem facile a uertice ad pedes usq; sub armatura oleum per totum corpus fluebat carnemq; non secus ac flamma depascebatur/q; natura facile calesceret/seroq; pro sui pinguedine refrigeraceret. Thoracibus autem & galleis illigatis incendii fuga non erat. Nunc aut salientes/nunc incuruati dolore de pontibus decidebant. Ad suos aut tuto recedere contra nitentes non poterant/quoniā facile ab insequentibus capiebantur. Sed neq; Romanis uirtus in rebus aduersis/nec iudæis prudentia defuit. Romani enim licet oleo perfusi mirabilia pati uiderent/tamen in eos qui perfuderant ferebantur præcedentem quisq; incurfando tanquā ipse impetū retardaret. Iudæi uero progressum eorū dolo altero decepterunt cū sceno græco decocto pontiū tabulata perfunderent / quibus illi dilabentes retrahebantur/& neque fugientium quisquam neque agredientium firmo posset eniti uestigio. Sed alii quidem resupinati per ipsas pontium tabulas calcarentur/multi uero super aggeres deiicerentur/& qui cecidissent a iudæis feriebantur/qui romanis desiliētibz cōflictu tā liberti facillime tela dirigebant. Cū aut multa milites mala in hoc perpeti prælio dux uideret/post meridianas eos horas a pugna reuocat/quorum non paucis obrunctis plures sunt vulnerati. Ex Iotapata uero sex uiris mortuis/plures quam trecenti sauii trāslati sunt. Hoc autem modo pugnatum est iunii mensis die uigesimo.

Vespasianus tres turres ferro circūdatas erigi fecit plenas iaculatoribus & fundibulatoribus fortissimis/ita ut ex his q intra muros erāt deferere defensionē muri cogerentur. Cap. XVII.

ET Vespasianus eorū causa qui occiderāt consolatus exercitū postquā ita uidet accensum neq; tam exortationē quā opus deposceret/aggeres quidē alius tollit. Tres uero turres quaggenum pedū in excelsum iubet erigi ferro undiq; tectas/& ut pondere stabiles essent/neq; ignibus expugnarētur/easq; super aggeres collocat iaculatoribus & sagittariis/itēq; leniorū missilium machinis plenas fundibulariorū quoq; fortissimis. Qui cū non conspicerentur propter altitudinem turriū & loricas/ipsi eos qui super murū astarent facillime cernerent/telisque apperent/cū illi neq; a uertice uenientes sagittas facile declinarent/neq; ulcisci possent quos non uiderēt/altitudine quidē turriū librata manu iacula superante ferro aut quo erant septē flāmis obstante. Ob hoc igitur defensionē muri deserunt/magisq; aggredi tentantibus occurrebant. Et Iotapateni quidē ita resistebant/quāuis multi in dies singulos occumberent/neq; contra mali quicq; hostibus facerent/q; eos sine periculo lædere non poterant.

Vespasianus mittit Traianū in Ephra ciuitatē congregatē cū illis tandem superat ciuitatē omnesq; præter infantes occidit. Cap. XVIII.

Idem aut diebus Vespasianus ad finitimā quādam iotapatæ ciuitatē euocatus cui nomē est Ephra nouas res affectantē & propterea q; iotapatenos præter spem restitisse audierat inolescētem/mittit eo Traianū decimæ legionis rectorem/dans ei duo milia peditum & equites mille. Ille autem cum oppidum contra expugnationem munitissimum repperisset/nam præter naturam qua tutum erat etiam muro duplici cingebatur/habitatores uero eius uidisset paratos ad pugnam sibi obuios processisse prælium cū his cōmittit/eosq; paulisper reluctatos in fugam uertit. quos uestigiis consecuti Romani exterioris muri ambitum quo confugerant cum ipsis irrumpunt. Secundū autem murum perentibus ciues sui clauere ciuitatem moerui. ne cum his rursum hostes intrarent/profecto autem deus Galilæorum clades Romanis dabat/qui etiam tunc ciuitatis eius uniuersum populum exclusum manibus propriis ad interitum hostibus dedit auidissimis cædiū/multi enim simul ruentes ad portas multūq; nominatim præpositos inclamantes inter ipsas præces imoriebantur/quibus hostes unum murū alterum ciues clauferant & inter medios coacti murorum ambitus/multi quidē sociorum suis gladiis transfigebātur/infiniti uero a Romanis interficiebātur/ne uel adolescentium quidem recepta fiducia. Nam præter hostilem moerum etiam domestica proditio eorum animos fregerat. Deniq; moriebantur non Romanos sed iudæos execrantes/quoad omnes interiire numero hominum. xii. milia. unde Traianus uacuum esse ciuitatē pugnatoribus reputans/& siqui adhuc intus essent/nihil eos ausuros esse existimans præ timore imperatori excidiū reseruauit. Missisq; nūciis ad Vespasianū petit/ut filiū Titum dirigeret finem uictoriæ impositurū/ille aut laboris aliqd superesse ratus cū milite filiū misit/hoc est quingentis equitibus & peditibus mille. Qui mature ad ciuitatē profectus sic ordinauit exercitū. ut i læuo qdē latere Traianū cōstitueret ipse uero in dextro obsidiōi pēssent. Itaq; militibus scalas moris undiq; applicatibus/cū paulisp de super Galilæi obstitissent cōtinuo moenia reliquerunt. Titus nero comitesq; saltu demissi mature ciuitatem obtinuerunt. tuncq; uacillans cum his q se intus congregauerunt pugna commissa est. Nunc p angusta

angusta uiarū irruentibus ualidissimis/nūc foeminis ex tectorū calminibus quæ forte inuenissent te-
la iactantibus. Et hoc qdem modo usq; ad sextā horam sustinere conflictū. Assumptis aut bellatori-
bus cætera multitudo & sub diuo & per domos senes pariter ac iuuenes mactabantur. Deniq; uirilis
sexus præter infantes nullus remansit/qui cū mulieribus abducti sunt seruitio. Interemptorū qdē in
ciuitate & in primo congressu numerus fuit qundecim milium/captiuorū aut duo milia.c.xxx. Hæc
Galilæis clades contigit quinto & uigesimo die iunii mensis.

Ad Samaritas Cerealis mittitur a Vespasiano/quia eos pronos ad tumultū uidebat/inopiasq; qui/
dem moriebantur/quidam ad Romanos confugiebant/reliquos uero omnes nequiens persuasione
placare occidit/erāt autem undecim milia & sexcenti.

Cap. XIX.

Sed ne Samaritæ qdem alieni a calamitatibus remanere/hi nāq; in monte Garizin q est il-
lis sanctissimus congregati locis suis expectabant/belli aut minas eorū cōuentus ac spem
habere uidebatur/nec saltē uicinorū malis corripiebantur/sed incōsulta suarū uiriū infir-
mitate secundis Romanorū rebus exterriti/prona in tumultū uoluntate pendebant. Ve-
spasiano aut placebat motus antecapere. corūq; ipetus præuenire/nā & si præsidii tota Samaritica
regio cincta erat. tamen eorū multitudo q coierant. & conspiratio timebatur. Eaꝝ causa Cerealem
quintæ legionis rectorē cū sexcentis equitibus tribusq; pedū milibus mittit. Ille aut ad mortē qdem
accedere prælioq; congredi nequaquā tutū esse duxit/quoniā hostes plurimi desup essent/ milites ue-
ro circūuallatis undiq; montibus radicibus tota eos die custodiebant. Euenit aut aquæ tunc indigen-
tibus Samaritis etiā graues accendi æstus/erat enim tēpus æstatis/neg; se rebus necessariis uolgens in-
struxerat/adeo ut nonnulli qdem una die siti morerentur/multi uero eiusmodi morti seruitiū præfe-
rentes ad Romanos transfugere/ex quibus cognito Cerealis illos etiā qui adhuc penerant malis
infractos montē ascendit/& circū hostes exercitū constituto primū eos a dextera parte hortabatur/
atq; ut salui esse mallent rogabat si arma piecissent tutos fore promittens. Deniq; quia persuadere non
posset aggressus eos occidit omnes. Erant aut undecim milia & sexcenti. Hæc iunii mensis uigesimo
& septimo die gesta sunt atq; his calamitatibus Samaritæ usi sunt.

Aggeres super altitudinem murorum Iotapatenis efferuntur quidam ad Vespasianum uenit pro-
fugus ex ciuitate/nunciāns paucitatem ciuium & facilitatem capiendi/ Vespasianus exercitū parat
nocte hora qua ille docuerat ciuitatem aggrediuntur/& custodes occidunt/ciuitatem ingrediuntur/
quidam uero ne opperent per romanos se ipsos interfecerunt/tandem Vespasianus incendi fecit ci-
uitatem uniuersam.

Cap. XX.

Iotapatenis aut diu durantibus & præter spem aduersa tolerantibus. quadragesimo qdē
ac septimo die Romanorū aggeres super muros altitudinē sunt elati. Quidā uero ad Ve-
spasianū eodē die profugus uenit paucitatē ciuiū & infirmitatē enūciāns/simul quotq; diu
turnis uigiliis præliis assiduīs cōsumpti minime qdem ulterius uim ferre possent. uerū do-
lo etiā caperent si quis instaret. Circa extremā nāq; uigiliā quādo & malorū requiem habere uiderē-
tur/& maxime defatigatos custodes maturinus somnus occupat dormire eos dicebat eadēq; hora in-
uadendos esse dicebat. Vespasiano aut q fidē noscet inter se iudicorū quantaq; superbia poenas cōte-
nerent transfuga suspēctus erat/nā & antea quidā ex iotapata captus omne tormentorū genus forti-
ter pertulit/& tū ne flāmīs qdē coactus intus ageretur hostibus exquirentibus prodidiisset mor-
tē deridens cruce suffixus est. Fidere tunc proditori coniectura faciebat. Et fortasse quidē illū uera di-
cere/ipse aut nihil ex eius fallacia magnū sibi existimans esse metuēdi asseruari hominē iussit. & ad
occupandā ciuitatē parabat exercitū. Hora igitur quæ fuerat indicata ociose ibat ad muros/ primūq;
ledebat Titus cū uno ex Chiliarchis Domitio Sabino/paucis ex quintadecima legione comitatus/
interfectis aut uigiliis in ciuitatē ingrediuntur. & post eos sexus qdā Cerealis chiliarchus & Placidus sub
lectos milites introducendo. Arce uero occupata cū hostes in medio oppido uersarentur / iāq; plures
dies eēt/nec tūc quidē illi qui capti tenerētur adhuc excidiū sentiebāt multo labore somnoq; pariter
dissoluti. Et si quis euigilasset/nebula uisus eius hebetante/quæ casu tunc plurima se circū oppidū fun-
deret/donec totus irrupit exercitus/soloq; malorū piculo ex suscitati morietesq; demū se perisse cre-
diderūt. Romanos aut memores quæ obsidionis tēpore pertulissent/neg; parcēdi cuiquā neg; miserē-
di quēquā tangebat cura. Sed ex arce plebē ad prona cōpulsam facillimè trucidabant/ubi loci diffi-
cultas pugnacibus negaret copiā resistendi. Circūuiri nāq; angustis præssi ac p declinua dilabentes
fluētē desup bello obtegebantur/id multos etiā qui circa iosepum lecti erant ut manibus ppriis libe-
rarentur imutauit/nā cū se uiderēt romanorū neminē posse occidere ne romanorū manibus oppete-
rēt puererūt. & in extrema pte ciuitatis cōgregati semet interfecerūt. Quicūq; tñ uigiliū primi capti
ciuitatē senserūt in quadā turri septentrionali fuga recepti aliquādiu quidē resisterūt. Deinde circūclm
si hostiū multitudine/sero dexterās dedere/hisq; instatibus mortē suam aequo aio præbuerunt. Potu-
issent aut incruentæ Romani obsidionis sine gloriari/nisi unus ex ipsis occidisset Hecatonarchus

Antonius

Antonius peremptus insidiis/nam quidam ex his qui ad speluncas confugerant/erāt aut plurimi ro-
gabant Antonium dextram sibi porrigere ad fidem salutis ac praesidium/quo tutus ascenderet. Cūq;
his manum porrexisset/laute super ille hasta praeventum in inguine perculit statimq; confecit / illo
quid immanissimā multitudinē peremere Romani. Postea uero secutis diebus scrutando latebras p cu-
niculos & speluncas omnē ulciscēbantur aetate praeter infantes ac foeminas. Itaq; captiui qdē mille
ducenti cōgregati erāt/quadraginta uero milia cōnumerata sunt excidii tēpore pugnisc; superioribus
mortuorū. At Vespasianus ciuitatē ipsam excindi iubet/castellaq; eius omnia adhuc exurit. Iotapa/
ta quidem ira demicta est tertio decimo imperii Neronis anno calendarum iuliarum d. e.

Iosephus ne a romanis inueniretur in puteū se dimisit lapidēq; supra imposuit ne uiderēt/nocte exi-
bat perscrutans si posset euadere/indicatur per quandā mulierem mitti ad eū cū fide uenia timebat/
uero iosephus in somnis simulachra ei apparent depræcatur deum in manus Romanorū se cōmittit/
habita prius oratione ad socios.

Cap. XXI.



Romani uero iosephum requirētes & propriae indignatiōis cā/& quod impatori opapra-
cium uidebatur. captus.n. maxima pars belli esset mortuos itaq; abditos rimabant/ ille
aut in exitio ciuitatis fortunae quodam usus auxilio per medios se hostes surripuit & in
quēdam profundū puteū saltu demissus est/cui amplū specus adiunctū erat latere quod
supra scrutantes uidere non possent. Vbi. xl. quidem insignes uiros latitantes offendit/retumq; utili-
am apparatus/qui non paucis diebus sufficeret. Hostibus aut oia complexis iterdiu quidē se occul-
tauit. Nocte uero ascendens nigilias explorabat ut fugeret. Cūq; oia undiq; ipsius causa maxime cu-
lodirentur.neq; fallendi spes esset in speluncā iterum descendebat/biduūq; ibi delituit. Tertia ue-
ro quadam die capta quadā muliere quae cū ipsis fuerat indicatus est. Tumq; Vespasianus prope-
duos chiliarchos Paulinum/& Gallicanum iussos pacē dare iosepho & bene hortari eū ut ascenderet
mittit. Quibus ēn ille rogantibus postquā ad eū uenerunt fidem quae pro salute dantibus minime pa-
ruit. Ex his autē magis quae pati meritus esset qui plurima cōmisisset:quam ex naturali mansuetudine
rogantiū suspicionē colligēs uelut ad poenā euocaretur timebat:donec Vespasianus tertiu quoq; chi-
liarchū Nicanorē iosephi notū atq; olim consuetū direxit. is aut quā dulce in eos Romanorū eēt inge-
niū quos semel subiungasset referens quodq; ipse iosephus uirtutis cā magis admirabilis quam inuius
ducibus haberetur/essetq; imperatori studiū nō eum ad suppliciū ducere quod ēt sine deditiōe sibi
liceret exigere/sed conseruare potius uirū fortem. His addebat q ne Vespasianus si quid dolo molire-
tur amicū ad id mitteret ut in re optima pessimā hoc ēt perfidiā prexeret amicitia. neq; semetip-
sum illi ut atnicū falleret obtemperaturū fore. Verum iosepho etiā post Nicanoris dicta hāsitante mi-
lites quidē irati speluncae ignem submittere properabant. Sed retinebat eos belli ductor uirū iosephū
capere plurimipendens. Nicanorē autē uehementer instāte ubi etiā hostilis multitudinis minas cōpe-
rit iosephus.nocturna somnis reminiscitur quibus ei deus & futuras iudeorū clades/& quae Romanis
essent euentura principibus ostēdit. Brat aut interpretandis quoq; somniis idoneus & cōiectare quae
ambigue diuinitus dicerētur sciebat. Qui & sacros prophetarū libros nouerat q & ipse sacerdos es-
set & parētib; sacerdotibus procreatus illa igitur hora quasi deo plenus & recentiu somniorū quae
uiderat horrēda simulachra mente cōplexus occultas praeces deo offert. Et quia iudeorū inquit labe-
factari tibi rē placuit. Fortuna uero ad Romanos tota migravit/animāq; meā quae futura praediceret
elegisti. Do quidē manus sponte Romanis & uino. Testor aut q non proditor/ sed tuus minister ad
eos ibo. Simul his dictis Nicanori cōsentiebat. Verū qui una confugerant iudeorū postquā intellexe-
runt iosephū rogantibus cadere uniuersū circūstantes clamabāt. Certe plurimū ingemiscere leges pa-
triae ubi sunt quae iudeis deus annuit/ quibus mortem contemnentes aias indidit/ uita iosepe captus
es lucēq; pateris intueri seruientem q ciro tui oblitus est/q multos pro libertate mori persuasisti. Fal-
sam profecto opinionem fortitudinis habebas: falsamq; prudētiā si salutē apud eos speras cū quibus
ita dimicasti aut si haec etiam certa sunt ab illis tamen te seruari cupis. Sed quāuis te Romanorū for-
tuna tui obliuione perfuderit/ & nos tamen patriae gloriae consulentes & dextrā tibi & gladium cō-
modabimus/ru uero siquidem sponte moriari deas iudeorū sin uero inuitus proditor morieris. Vix
haec elocuti sunt. & intemratis ei gladiis occidendū illū cōminabantur si Romanis pareret. Timens
igitur imperū iosephus & se dei praetectorū proditorē esse ratus si ea nō enūciasset morte praeventus
argumentis eos philosophiae necessario tractare incipit. Et quid.n. tantopere inquit o loci propriae
cedis auidi sumus aut cur amicissimas inter se res corpus & aiam in dissensionem uocamus/ muta-
tum me esse quispiam diceret. Sed Romani hoc sciunt optimū esse in bello mori/sed lege belli hoc
est a uictoribus trucidari/proinde siquidem Romanorū ferrū deprecor uere meo gladio meaq; ma-
nu sim dignus. Sin illi hosti parcendū putant/quam iustius nos ipsi nobis pepercimus. Quippe stoli-
dū est eadem circa nos admittere pro quibus ab illis dissensimus. Pulchrū.n. esse pro libertate mori
& ipse fateor/pugnādo tamen & illoꝝ manibus qui eam pripuerunt/nunc autē neq; praelio nobis ob-

stant/neq; nos interficiunt. Itidē autē timidus est habendus q; mori nō uult cū opus est. & q; uult cū nō oportet. Præterea quis nā moetus prohibet ad Romanos ascendere? nepe mortis. Ergo eā quæ ab hostibus dubiæ suspecta formidinis est/eā certe ipsi nobis irrogabimus. Verū seruitutem dicet aliquis? Valde q; dem nūc liberi sumus. At uiri fortis est semet occidere/imo uero ignauissimi quantū opinor. Nam & gubernatorē timidissimum puto/qui tempestatē metuens ante uim turbinis nauē spōte submergit. Quin ēt propria manu perire a cōmuni omnium animalium natura discrepat/eoq; modo in creatorē nostrū summū scelus admittitur. Nullū est aial quod ex industria uel per se moriatur. Siquidē naturæ lex ualidissima ut uelint uiuere in oībus sita est/iccirco & quod nobis adimentū id putant hostes ducimus & insidiatores pœna prosequimur. Deū uero indigne ferre nō arbitramur/cū domū eius homo despiciat? Ab illo.n. accepimus ut essemus/rursumq; ut esse desineremus illi reddendū est. Corpora quidē cunctis mortalia sunt ex caduca materia fabricata. Anima uero semp immortalis est/deniq; pericula in corporibus collocata. Siquis ergo depositū hoīs surripuerit aut male tractauerit/peffimus statim ac perfidiosus habet. Sic dei depositū ex proprio corpore qui eiecerit eū se latuisse quem læserit æstimabit. Et seruos quidē fugiētes ulcisci iustū creditur/quamuis nequaquā dominos fugerint ipsi uero deū fugientes/& optimū deū impie facere nō uidebimur. An ignoratis q; eoq; qui lege naturæ uita exeunt acceptūq; deo debitū soluunt cū id qui dedit recuperare uoluerit perpetua laus domusq; ac familia stabiles sunt/puræ autē & quæ inuocantes exaudiātur animæ retinēt locū in cœlo adeptæ sanctissimū atq; inde rursum uolentibus sæculis casta corpora iubentur incolere/quoz; uero manus in seiplos insaniuerunt eorū aias tenebrosior orchus suscipiet. Pater autē illarum deus auctores iniuriæ per nepotes ulciscitur. Hinc & deo inuisum est/& a sapientissimo legis nostræ conditore cohercetur. Deniq; si qui se occiderint apud nos quidem usq; ad solis occasum insepultos abiici decretū est/cū etiā hostes sepeliri fas esse ducemus apud alios etiā dextre tubentur abscondi eiusmodi mortuorum q; in ipsos armatae sunt/quoniā ut corpus ab anima/ita manū esse a corpore alienā existimarent. Pulchrum est igitur o socii iusta sentire/neq; humanis cladibus addere ut creatorem oīam ipietate lædamus. si salui esse uolumus salui simus. Nec.n. salus apud eos ignobilis est/quibus tantis uirtutem operibus demonstrauius. Sin mori placet ab his occidi pulchrū est qui nos coeperint. Non migrabo ego in hostiū locū/ut ipse mei proditor siam. Multo.n. stolidior sim/quam qui ad hostes ultro profugiūt. Siquidem illi salutis cā id faciunt/ego uero interitus & quidem mei Romanoz; tamē insidias expeto. Nam si me post uinctas dexterās perimāt magno animo paratoq; moriar mēdaciū perfidiam pro uictoriæ solatio mecum auferens.

Iosepus dehortatur suos a cæde / nequiens reuocare a proposito/oēs se ipsos interfecerunt/ ducitur iosepus ad Vespasianum iubet Vespasianus eū custodiri ad Neronē mitteret/ iosepus alloquitur Vespasianū seorsum cū filio Vespasiani eūq; dominum & regem orbis prædicit. Vespasianum eum liberat muneribusq; uariis eum donat.

Cap. XXII.



Volta q; dem in hunc modū iosepus ut a cæde propria socios dehortaretur dicebat. Illi autē obstructis auribus desperatiōe qua se iā dudū morti deuouerāt cōcitātur/& alius aliunde cū gladiis accurrētes ignauia exprobrabāt. & quasi eū mox percussurus quisq; adoriebāt. Ille autē cū aliū nominatim uocaret/aliū uultu imperiosius intueret/alterius dexterā præhenderet/taliū præcibus exoraret uaria mētis affectione/ut in tali necessitate potuit distractos ferrū oīum a cæde sua prohibebat/nō secus ut feræ bestiæ circūclusæ ad eū semp/ qui se cōtingeret ora cōuertēs. Illoz; autē q; ducē in extrema quoq; clade reuerendū putarēt debilitabant dextræ/ gladiiq; de manibus labebātur/multi sponte cū manus ei afferrent frameas dimittebāt/iosepo autē non defuit in ea desperatione consiliū/sed frater dei prouidentia salutē in periculū mittit. Et quoniā mori decretū est inquit/agite/cædes mutuas sortiamur & cui obrigerit/manus sequētis occūbat/atq; ita oīum fortuna pambulet/neq; sua dextera quisq; subiaceat. Iniustū est.n. cæteris interēptis ex aliis nequaquā si pœnituerit saluū esse. Vilis est uera dicere/& quod persuasit agitur fors cuiq; obrigit paratā ei/q; sequeretur necē suā præbeat quasi mox etiā duce perituro. Cū iosepo.n. perire uita dulcius æstimabāt. Remansit autē ipse cū altero siue fortuna diri poterat siue dei prouidentia. Cōsulitoq; pspiciēs ne uel forte grauaretur/uel si nouissimus recessisset gentilis cæde pollueret illi quidē fide iterposita ut uiueret persuasit. ille quidē hoc modo & Romanoz; & domestico bello liberatus ad Vespasianū p Nicanorē ducebatur. Oēs autē Romani uisendi eius gratia accurrebant & cū se circa ducē præmeret multitudo uariis tumultus erat. His exultantibus q; captus esset aliis minitātibz/nōnullis autē propius eū uidere certantibus. Et q; lōgius erāt hostē interficiendū esse clamabāt. Qui uero ppius erant / facta eius reputātes mutatiōe stupefcebāt. Rectoz; at nemo fuit/q; licet ante irasceret noi eius uiri aspectus nō mitior factus sit. Titū uero frater alios & fortis iosepi aīus in calamitatibus & ætatis eius misericordia capiebat q̄lisq; pridē fuisset in plīis reminiscētē. & q̄lis nūc sic i hostiū māibus ituentē. Iubebar intelligere quāta eēt fortunæ potētia/quāq; uelox belli momētū humanarū autem rerū nihil firmum atq; perpetuū

atq; ppetuū/quā multos ēt tunc ita ut sentiebat ipse ut iosepū miserarentur affecit/ plurimaq; salutis eius pars Titus extitit apud patrē. Vespasianus tñ quasi missurus eū Cæsari ut cautissime custodiret pcepit. Quo audito iosepus aliqd soli se deiecere uelle ait. Sūmotisq; ab illo oībus alīs pter filiū Titū aliosq; duos amicos. Tu qdem inquit Vespasiane tantū hoc putas iosepū te habere captiuū. Ego autē malosq; ad te nuncius uenio pmissus a deo. Nisi. n. ita esset. Nūquid ego iudæosq; legē ignorabā quo ne pacto duces exercituū mori deceret/ ad Neronē me mittis. Quid ita/ quasi q; neroni usq; ad te successuri sint maneat. Tu & Cæsar & Vespasiane & imperator atq; hic filius tuus nunc/ me autē colligatū arctius tibi asservato/ nā dominus quidē nō mei solū es tu Cæsar/ uerū etiā terræ marisq; ac totius hoīum generis. Me autē ad maiore pœnā custodiri oportet si ex tēpore aut subito in dñm ista con/ fingo. His dictis Vespasianus statim quidē fidē nō habere uidebatur/ ea quæ & iosepū existimabat salutis gratia cōminisci. Paulatim uero ad credendū ipellebatur/ iā pridē illū excitante ad imperiū deo sceptraq; multi pmostrāte portētis/ sed & in aliis ueracē esse iosepū depēderat. Altero nāq; amico rū q; secretis intererāt admirari dicēte quēadmodū nisi hæc deliramēta sint/ neq; iotapatenis de excidio/ neq; sibi de captiuitate quicquā diuinasset ut a se irā depelleret. Iosepus iotapatenis ait se pdixissē q; post diē septimū & quadragessimū eos maneret exitiū/ quodq; ipm Romani nūū essent in custodia retēturī. Hæc in secreto quæsitā Vespasianus ubi uera eē cōperit a captiuis/ ēt q; de se dixisset credibilia coeperat existimare/ sed neq; custodiā iosepo nec uicula remittebat/ uestimētis autē aliisq; muneribus eū donare benignissimeq; fauore nō desinebat ēt Tito magnā honori eius operā cōmodāte.

Vespasianus in ptolemaida reuertitur multi clamant de excidio iosepi ipse nihil respondebat / legiones duas mittit hyematum Cæsaream/ quasdam scythopolim.

Cap. XXIII.



Varto autē diē mēsis iulii Vespasianus in Ptolemaida reuersus/ inde in loca maritima Cæsareā puenit/ iudææ maximē ciuitatē & quæ maiore incolarū partē Græcos haberet/ rigiē & exercitū & rectorē indigenæ oī fauore ac benignitate suscipiūt affecto quidē quo Romanos diligerēt plus autē illosq; q; excisi fuerant odio/ unde ēt multi qdē simul ut de iosepo suppliciu sumeret cū clamore pcebant. Vespasianus autē de ista qdē petitione uelut ab incōsulta multitudine oblata nihil respōdendo dissoluit. Legionū uero duas qdē hyemaru apud Cæsareā posuit/ q; oportunā uideret eē ciuitatē. Decimā uero & qntā Scythopoli misit/ ne totius exercitus molestia Cæsaream præmeret. Erat autem illa quoq; aprica per hyemem quantum æstatis caloribus æstiosa ut in planitie sita atq; maritima.

Quidam ex iudæis qui fugerant collectis in iope/ fabricatis piraticis nauibus inniū faciebāt pelagus illarū partium. Vespasianus uero illuc applicans/ tū per Romanos tū per uētos qui illorū naves in scopulos compellebant/ quatuor milia & ducenta cadauera inuenta sunt. Ciuitatem incendunt dimittitq; Vespasianus equites qui loca tuerentur.

Cap. XXIII.



Vm hæc autē agunt collecta nō exigua multitudo q; uel ab hostibus seditione defecerant/ uel ex ciuitatibus eueris effugerāt iopē sibi receptaculo renouauit q; ante uastauerat Cæsius. Et q; terra quā uastauerat arcebant/ migrādū in mare celsuerūt ac piraticis nauibus fabricatis in Syriā & Phœniciē/ iteq; in ægyptū cōmeātes plurimos latrocinis pdabant/ oībusq; nauigiis inniū faciebāt illarū priū pelagus. Sed Vespasianus cognito qd cōstitissent egres in iopē necnō & pedites misit. Hiq; nocte in ciuitatē q; incustodita erat igressi sūt. Eius autē habitatores postq; irruptio plens erat ne tūc Romanos arcerēt metu deterriti naues fuga petierūt/ & i his ultra contiguū sagittæ spaciū pernoctauere. Cū uero iopes natura esset iportuosa/ nāq; in asperū/ cæteraq; arduū litus definit/ ac summis utring; cornibus leuiter incuruū quæ uastæ supsunt & ingentibus pcelis pelagus turbāt. Vbi ēt nūc Andromedæ catenarū signis extantibus fabulæ ueteris fides ostendit. Aduersus autē aquilo feriens littora summos in obiectas cautes fluctus affligit/ eo q; solitudine intuetiorē efficit stationē/ in eo salo fluctuātibus iopenis prima luce uiolētus/ quē illac nauigantes Melābion uocant flatus incūbit/ & alias qdē naues inter se alias uero collisit in scopulos. Multæ autē cū magna ui aduerso æstu niterentur ad pelagus. Nā & litus saxis infestū/ & hostes in eo cōstitutos timebāt sublata in sublimi gurgite mergebant. Et neq; fugæ uspiam locus erat neq; manentibus spes salutis cū & mari uentoz & ciuitate Romanoz uiolentia pellerentur. Itaq; multi ululatus collisis nauibus audiebantur/ & multi crepitus fractis/ iopenoz autē fluctibus pars obruti/ pars naufragiis splicati moriebantur. Nōnulli autē ferro se interficientes ueluti satius esset mori pueniebant/ plurimi autē euecti fluctibus scopulis carpebātur/ ut & pelagus sanguine redūdaret/ oīsq; ora maritima cadaueribus oppleretur cū ēt ad litus apullos in eo stante Romani milites trucidarent. Eiectorū autē corporum quatuor milia ducenta fuerunt. Ita captam nullo prælio ciuitatem Romani funditus erunt. Et iope qui dem hoc modo breui tempore bis a Romanis excisa est. Vespasianus autem ne rursus eo piratæ cōfluerent castris in arce munitis ibi cum peditibus paucis equitatum reliquit. ut hi quidem locis suis

manentes eadem castra defenderent/equites uero omne circum territorium peragentes ad fines totiusque uicos & municipia simul eximerent. Illi quidem præceptis obediētes in diē singulos incurſando excindebant totas regiones atq; uastabant.

Audita captiuitate iotapatæ ab hierosolymis/maximus eos inuasit dolor/audito q; iosephus eēt cū Romanis ira in eum concitabantur ira ut in Romanos ſanius incitarentur.

Cap. XXV.



Bi uero iotapatæ apud Hierosolymā casus nūciatus est. Primo quidē plurimi & p magni tudine calamitatis/& qd nemo q se uidisse diceret q iactabāt aduenerat nō credebāt. Nec n. uel nūcius aliq; supfuerat/sed ipsa p se fama excidiū p̄dicabat/natura uelox tristiū nūcia inde paulatim per finitimos ueritas ambulabat & apud oēs ambiguitate certior habebat. Quinetiā rebus gestis plura q facta nō erant effingebant/& excidio ciuitatis interēptus dicebat esse iosephus. Quæ res maximo lectu repleuit hierosolymā. Et p singulas domos itemq; cognationes amissos; qsq; lugebatur a suis. Luctus uero ducis publicus erat. Et hi qdē hospites alii p̄pinquos amicos alii nōnulli ēt fratres flebāt/iosephū autē uniuersi/adeo ut per dies triginta nunquā lamenta in ciuitate cessarēt/magnaq; mercede cōducerentur tibicines nēnariū. Tēpore aut ueritate releuata/ubi de iotapata qdē ut res habebat/fictū uero quod de iosephi morte uulgabatur/eūq; uiuere & cū Romanis esse compertū cōprobatū est/ac supra captiui fortunā a ducibus honorari/tantā in eū uiuum iracundiā quantā prius cū mortuū crederent benignentiā conceperūt. Et ab aliis quidē ignauit apud alios proditiōnis arguebatur/totaq; in eū ciuitas plena erat indignatione atq; conuictis. Vltro aut his uulneribus excitabantur magisq; accendebantur rebus aduersis & offensio quæ prudentibus ne similia perferant/cautionis & custodiæ cām p̄bet ad alias calamitates tanquā stimulus incitabat/& malorū quæ semp accipiebāt ex fine principiū. Deniq; maiore in Romanos impetu ferebantur/uelut in iosephū pariter iudicaturi Hierosolymorū; qdē habitatores eiuscemodi turbis agitabantur.

Vespasianus ad agrippam proficiscitur/audit Tyberiada & Tarichæas rebellare/iratos mittit filium suum illuc/appropinquantē ciuitati quidam ex senioribus ad Vespasiani pedes suppliciter accedunt is uero eis indulsit.

Cap. XXVI.



Vespasianus aut studio uisendi regnū Agrippæ. Nā & ipse rex iuitabat fectore cū exercitu simul patas accipe domesticis diuitiis ac p eos ægras ptes regni cōpescere/motis ex Cæsarea maritima castris in eā q Philippi dī Cæsareā demigravit/ibiq; p dies. xx. milite recreato. Ipse quoq; rerū gestarū gratias deo referēs in epulis erat. Postquā uero Tyberia da qdē nonas res capere ac rebellare Tarichæas/audiuit ad regnū aut agrippæ utraq; p̄tinebat decreto apud eos undiq; iudeos excidere/oportunū esse credidit aduersus eos exercitum ducere/simul ut agrippæ hospitiō uicē repēderet potestati eius ciuitatibus creditis. Igī filiū suū Titū in Cæsareā ut inde militē Scythopoli traduceret mittit. Hæc aut ciuitas decē ciuitatū maxima & Tyberiadi oīum uicina est. Quo cū ipse uenisset/ibi filiū p̄stolabat. Deīde cū tribus ultra legionibus p̄gressus ad trigēsimū a Tyberiade stadiū in qdā māsione cōspicua rebellātibus cui nomē est Sēnabris castra ponit/atq; hic Decadarchū Valerianū cū eq̄tib; gn̄uagita dirigit/q pacifico sermone oppidanos alloq̄ret & ad finē iurare. Audierat. n. q pacē populus desideraret a nōnullis aut ad bellū eū cogētibus seditionē patere. Itaq; Valerianus ubi muro appropinquauit & ipse de equo desiluit/& suos comites idē facere iussit/ne lacessendi plū cā potius uenisse uideret. Sed priusq; uerbū faceret armati excurrere in eū/seditiosi q erāt ualidiores rectore quodā noīe Iesu Saphati filio latrocinialis agminis p̄ncipe. Valerianus & neq; pp mādāta ducis plio cōgredi tutū ratus ēt si de uictoria certus pugnaq; p̄culosam eēsi cū multis pauci & instructis iperiti confligerent. Inopinata p̄terea iudeorū stupefactū s audacia/& ipse pedes refugit/& qnq; aliis similiter eqs relictis/quos Iesus eiusq; socii ueluti pugna nō insidiis captos lati in oppidū adduxerūt. Id aut ueriti seniores & q p̄stare populis uidebant i Romāorū castra p̄fugiūt adhibitoq; sibi rege ad Vespasiani genua suppliciter accedūt/ne se despiceret obsecrantes/ nene q paucorū esset totius ciuitatis insaniā existimaret/sed populo p̄ceret q semp amica Romanis sentiret/magisq; ultum iret defectionis auctores/a quibus ipsi olim ad foedus uenire properātes nūc usq; ne id facerent asseruati fuissent. His eorū p̄cibus quamquā toti ciuitati pp æquorum rapinam insensu esset indulsit. Nā & Agrippā uidebat eius oppidi cā trepidare. Fide aut p eos populo data Iesus eiusq; socii tutum sibi non esse rati apud Tyberiada consistere/ad Tarichæas effugiont.

Vespasianus præmittit Traianū in arcē an multitudo pacem cupiat/illi apertis portis eum liberatorem ac benemeritum proclamant/post ad Tarichæas proficiscitur/castra ponit/superatis illis/ ad

Cap. XXVII.



natiale bellum se contulerunt. Osterorū die Vespasianus in arcem præmittit/cum equitibus Traianum/qui multitudinem an oēs pacem cuperent experiretur. Cognito autem populum eadem sentire/simuliciter ad ciuitatem ducebat exercitum. Illi autem portis ei patefactis cū laudationibus obuiam

obuiā pdeūt/salutis datorē ac bebemeritū acclamātes. Cū uero milite angustī aditus remōtrēt/ mūrorū pte dirui Vespasianus ex meridiano latere iussit/ eorū pacto dilatauit igressam ut praeda tū & iniuriis abstinerēt in gratiā regis edixit/ cuiusdēq; cā muris pepercit/ spondentibus habitatoribus etus post hac cū reliqs fore cōcordes/ aliisq; modis malis affectā ciuitatē ex dissensione recreauit. Deinde ab ipsa digressus/ inter ipsam & Tarichæas castra posuit/ murosq; firmauit/ belli sibi moras illic fore pspiciens/ quod oīs turbārū cupiens multitudo ad Tarichæas cōflueret/ munitione cōsila ciuitatis/ & lacu Gēnesar q ab indigenis sic appellabatur. Etenī ciuitatē ita ut Tyberias sub monte positā qua lacu nō alluebatur undiq; muro ualidissimo/ sed minore quā Tyberiādā iosephus cū erat. Nā illā qdē in pncipio defectōis pecuniarū/ itēq; uiriū copia cōmunerat. Tarichæis uero largitatis eius reliquiā pfererunt. Scaphas autē plurimas in lacu paratas habebāt/ ut in eas uidelicet si terrestri plio uincerentur refugerēt/ simulq; ad nauale bellū si opus esset instructas. Romani autē castra munitionibus lesus eiusq; loci neq; multitudinē hostiū neq; disciplinæ militiæ perterriti/ cursu in eos irruūt/ primosq; impetu disiectis muri fabricatoribus ac pte aliqua ædificiū/ dissipata/ ubi armatos cōgregati uiderūt/ an tequā aliqd paterent ad suos refugiat/ eosq; insēcuti Romani ad nauigia cōpulere. Et illi qdē rātam puecti unde Romanos cōtingere missilibus possent ancoras iaciunt/ & sicut acies assolēt dēfatis inter se namibus hostes aduersus in terra constitutos nauali plio decertabant.

Cōgregata multitudo ppe ciuitatē in planitie uidens Vespasianus filiū suū mittit/ ipse uero patri nūciat/ dicens opus esse pluribus auxiliis/ suos deinde hortatur/ eorūq; genus & aīam reminiscēs ut strenue sine sint dimicaturi. Vespasianus mittit auxilia/ gentē aggrediuntur/ oēs fugant oppidū occupant/ cunctos occidunt prāter indigenas.

Cap. XXVIII.

A Vdiro autē Vespasianus magnā multitudinē in pxima ciuitate planitie congregatā filiū suū cū sexcentis equitibus lectis eo mittit. Qui cū infinitū hostiū numerū reperisset patri qdem maioribus auxiliis opus esse mandauit. Ipse uero equitū plerosq; etiā priusquam subsidia uenirēt alacres esse uidens/ cū nōnulli eorū multitudinē iudeorū formidarent/ unde exaudiri posset cōstitit/ & o Romani ait pulchrū est nāq; in pncipio sermonis admonere nos generis uestri/ ut qui cū qbus pugnaturi sumus sciatīs/ nfas enī manus nemo unquā toto orbe hostis ul/ lus euasit/ iudei uero ut ēt p his dicamus aliquid ad hoc usq; ipsi uicti nō defatigantur. Itaq; oportet illos in aduersis rebus cōstanter dimicātes/ & nos in secūdis plenerātius laborare. Apta quidē fronte nobis plurimū alacritatis inesse cōspiciens gaudeo. Vereor autē ne cū uestrū tanta timorē multitudo hostiū latēter scuriat. Igit̃ quibz iterū cogitet q̃lis cū qbus decertabit/ quodq; iudei licet satis sint audaces mortēq; cōtēnant/ cōposuit tū bellorūq; impij sunt & uulgus recte potius q̃ exercitus appellā di. De uestra uero pitia atq; ordinatiōe referre qd opus est/ Nēpe iccirco soli armis exerceamur pacis ēt tpe/ ut ne in bello nos cū hostibus numero cōseramus/ nā quod erat ppetuæ militiæ cōmodū si paret cū rudibus cōgrediamur/ qui reputate q̃ armati cū inermibus & eq̃tes cū peditibus & ducis tuti cōsilio cū uagis neq; rectocē habētibus decertabit/ qd̃q; nos hāc uirtutes multo plures efficiāt. Multū autē uitia de hostiū numero detrahāt/ nec sola hoīum multitudo quīs pugnacissimī fuerit i bello obtinet/ sed ēt si uel in paucis sit fortitudo/ hi enī & ordinari faciles sūt & sibi met subuenire numerosā aut copiz plus incōmodi ex semetipsis q̃ ex hostibus capiūt/ itaq; iudeos audacia & ferocitas ac desperatio mētis uitia ducūt. Quæ rebus secūdis aliquantū ualēt minimis offēnsionibus extinguuntur. Nos autē uirtus regit & morigera uolūtas itēq; fortitudo/ q̃ & in psp̃era fortuna uiget nec ad finē usq; iter aduersa decipit. Ad hoc maiores sunt q̃ iudeis eā certaminis/ nā si illi libertate patria belli pericula sustinent/ quid est nobis iclita fama præstantius/ Et ne post orbis terræ imperium uideamus hostiū aduersariorū loco iudeos habere. Præterea cōsiderate q̃ patiendi qdem alicuius intolerabilis mali moctus est. Multos. n. nos i pximo adiutores hēmus. Rapere autē uictoriā possumus & quos a patre mitti nobis speramus auxilio cōuenit antecapere ut & maior sit/ & lociū non hēat uirtutis effectus. Egdē puto nūc de me ac patre meo nobisq; piter iudiciū fieri. Sigdē ille rebus ante gloriose gestis dignus fuit. Ego uero eius sum filius/ nosq; milites mei/ nā illi uicere cōsuetū est. Ego uero reuerti ad eū nō ppetiar uictus. Quo pacto autē nos nō pauerit/ duce uestro piculis occurrere nō sperare. Appetit̃ n. picula mihi credere/ p̃mulq; in hostes irrūpā. Nemo autē uestrū a me discesserit p̃uasum habēs ip̃m tū meū sustētari ope diuino. & māifestissime p̃sumite q̃ multo plus mixti hostibus efficiemus q̃ si extrinsecus pugnaremus. Postquā hac locutus est Titus diuina qdā alacritas militibus icidit. Et q̃a Traianū aduenire cū q̃dringentis equitibus ante præliū contigit agre ferebant tanquā si minueretur uictoria societate. Misit autē Vespasianus Antoniū Silonē cū duobus milibus sagittariorū/ ut occupato monte/ q̃ ex aduerso erat oppido murosq; ppugnatores repellerent. Et ab his quidē ita ut pceptū fuerat circūuenti sunt ex ea pte subuenire tentātes. Titus autē primus prexit citato equo in hostes & post eū ceteri cū clamore pro tanto spatio fusi quantū aduersa acies occupauerat. Vnde multo ēt plures

quæ erant apparuerunt. Iudei uero licet in cursu eorum & disciplina cõterriti paulisper quod primos sustinere cõgressus. Perculsi aut cõctis equorum ipetu deturbati cõculcabant atque ita multis passim per præsidiis dispergunt & in ciuitate ut quicquid uelocitatis haberet effugiunt. Titus aut aliquos tergo istans alios pertransit occidebat/nõnullos cursu antecapiens ictu ora transuerberabat. Multos aut alii super lapidos inuolutes cõficiebat / oesque ad moenia cõfugiẽtes pueniẽtes detorquebat ad caput / donec suæ multitudinis elapsus in opidum cõfugerunt. Excepit aut illos acerba dissensio. Nam indigenis & fortunatarum suarum & ciuitatis gratia / & ab initio bellum gestum maxime quod male pugnatum fuerat non placebat. Sed populus adueniarum qui plurimus erat uel adhibebat / & iter se discordantium clamor erat / quasi iam arma caperent. Quibus auditis nec percul a muris aberat Titus exclamat / hoc tempus est. Quid moramur cõmilitones? Deo nobis dedite iudeos. Suscipite uictoriam. Non auditis clamores qui manus nostras euadere discordant / habemus ciuitatem si modo perperamus. Verum cum uelocitate animi opus est. Nihil enim magnū effici sine piculo consueuit / non solum aut hostium cõcordiam quos cito necessitas in gratiam renocabit / sed etiam nostrorum auxilia peruenire debemus / ut præter uictoriam quantas copias pauci superamus etiam ciuitate soli potiamur. Simul his dictis incendit equum atque ad lacum decurrit / & per eum propere ciuitatem ingreditur quem ceteri cõsecuti sunt. Pavor aut eius audacia murorum defensores inuasit / & pugnare quod uel prohibere ualere mentem nemo sustinuit. Relictis aut excubiis Iesus quod cum sociis in agros effugit / alii uero decurrentes ad lacum / in manus hostium contra uenientem incidebant. Maetabantur alii cum scaphas scanderent itaque alii cum iam pueras assequi natando conarentur / plurimique per ciuitatem agebatur hominum caedes / aduenage quod resistentium qui non effugissent / indigenarum uero sine pugna / quoniam spes eos foederis & cõscientia / quod belli consilium non habuerant praelio deterrebat / donec Titus nocentibus interemptis miseratus indigenas ab internitione requieuit. At qui in lacum confugerant ac ciuitatem captam uiderunt quam longissime ab hostibus recesserunt.

Letatur Vespasianus audita uictoria filii. post aduersus eos qui ad lacum descenderant rates fabri cari iussit.

Cap. XXIX.

Titus uero missis equibus res gestas patri nunciat. Quibus ille cõptis quod necesse fuit & filii uirtute admodum lætus & facinoris claritudine. Maxima enim belli per uidebat exēpta / cum quod statim circūdari ciuitatem custodibus iussit / ne quis ex eadem subterfugeret / neque a credibus temperaret. Postero aut die cum descendisset ad lacum rates aduersus illos qui eo refugerant / fabricari iussit. Quæ tam materiarum copia quam artificum multitudine mature contextæ sunt.

Declaratur natura lacus / & aeris & ubertas rerum uicinorum locorum

Cap. XXX.

Lacus aut Genesar quidem a terra appellatur. Quadraginta uero stadiis in latitudine patens centumque in longitudine atque dulcis est atque potabilis. Palustri enim crassitudine tenuioris habet laterices & undique in litora & arenas delinens purus est / ac præter hoc temperatus ad hauriendum & flumino quod sine fonte lenior. Sempiternum enim frigidior quam lacus diffusio patitur manet æstiuusque noctibus eius atque sub diuio perfusa nequaquam niuibus cedunt / id enim facere indigenis moris est. Variæ sunt in eo piscium genera / ab alterius loci piscibus tam sapore quam specie discreta / mediusque secatur flumio iordanæ cuius fons esse uidetur. Panius fert aut in hunc terra cõditus ex eo lacum quod uocat phiala. Hic aut est qui in Traconitida ascendit ad ceterum uiginti stadiis Cesarie / non longius in dextro itineris latere & proprie ex rotunditate Phiala dicitur lacus rotæ spem præferens. Sempiternum aut iter eius labia cohibet unde unquam deficiens uel exuberans. Cumque interim hoc esse iordanis principium nesciret a Tetrarcha quodam Traconitidis philippo dephesum. Is namque missis in Phialæ paleis iuenit eas apud Panius redditas unde ante flumio nasci credebatur. Naturalis quod pulchritudo Panius regis opibus & agrippæ diuitiis magnificentissimè accurata est. Manifestum aut flumio iordanis ex hoc antro incipiens semeconitidis quod lacus paludes secatur & margines centum autem xx. aliis præteritis stadiis post oppidum iuliada Genesar lacum medium transmissus. Deinde multa per solitudinem in Asphaltidæ lacum exit. ad Genesar uero lacum eiusdem nominis terra prætenditur natura simul & pulchritudine admirabilis / nullum enim ipsa pro ubertate sui negat arbustum totamque plantis conseruere cultores. Cæli uero temperies etiam diuersis aptissima est. Noces enim quæ arborum maximæ frigoribus gaudent infinitæ florescunt / ubi etiam palmæ quis nutrit calor æstiuus / has in iuxta ficus & oleæ quibus aura mollior destinata est ut naturæ magnificentiam hanc esse qui dixerit uim adhibentis ut in unum conueniant inter se repugnantia annique temporum cõtentione bona uelut singula peculiari studio terræ fouerent. Non enim solum nutrit præter opintonem poma uaria / sed et seruat egregia / quidem & quodammodo regnantia. Vinas & carices sine intermissione x. mensibus suggerit / ceterosque uero fructus anni spacio senescere. Nam præter aeris lenitatem & fonte quoque irrigatur uberrimo qui Capharnaum ab indigenis appellatur. Eum nonnulli uenam esse. Nili fluminis opinantur quod similes coracino sicut Alexandrinorum lacus generat pisces. Longitudo aut regionis quæ ac litora cognominis lacus xxx. stadiis extenditur & latitudo xx. Hæc quod natura eiusmodi est.

fabricatis

Fabricatis ratibus ifequitur illos per lacum Vefpafianus nemine remanēte occifū sunt paucis poft diebus intolerabilis faetor ex cadaueribus in terrā a mari cōpulis infurrexit/ut non folum uictis fed Romanis miferabilis fuerit totumq; aerem corrūpit.

Cap. XXXI.



Vefpafianus aut pfectis ratibus ipofita manu militū quāta in eo q lacu effugerāt fatis effe una puehiē. Illi aut neq; cōpuli ad terrā euadēdi facultatē habebāt infestis oibus neq; nauali bello pari cōditione pugnādi. Nā & fcaphe parue atq; piraticæ aduerfus rates infirmæ erāt & cū paucis finguli ueherētur cūctis astantibus Romanis appropiquare metuebant. Verūtū circū rates nauigādo nōnūq; ēt ppe accedēdo lapidibus romāos eminus appetebāt/aut cōminus ēt irritādo feriebāt plus aut ipfis utroq; mō nocebat. Nec.n. faxis qēq; pter crebros fonitus agebat/qm cōtra leptos armis iacebant cōtriguūq; sagittis eorū afficiebant. Et fi accedere ppius auſi fuiſſent priuſquā facerēt aliqd patiebant cūq; his nauigiis mergebant. Multos aut uulnera inferre tētantū q plus cōtingi poſſent alios deſiliēdo in fcaphas Romani gladiis trāſſigebāt. Nōnullos cōcurētibus inter ſe ratibus in medio depræhenſos cū nauiculis capiebāt. Submerſosq; aut q capita ſuſtulſſent aut ſagittis pueniebat aut ratibus occupabant & ſi deſperatōe cōpuli inimicis adnare tētaſſent/eis uel manus uel capita trūcabant/plurimūq; paſſim ac uariū erat interitus eorū/donec in fūgā uerſi cæteri terræ appuſi ſunt/circūcluſis nauiculis ſuis. Effuſi aut multi qdē in ipſo lacu talis cōfigebant/multos uero in terrā egreſſos pemerūt Romani. Mixtū aut ſanguine plenūq; cadaueribus cerneret totū lacū. Nullus.n. ſaluus euāſit. Acerbus aut ſecutis diebus odor illā regionē oppſiit & facies. Nā litora qdē naufragiis ſimul plena erāt & corpiſus tumidis. Caleſcētes aut ac tabefacti mortui cæli tractū corrūpebāt/ut nō iudæis ſolū ille caſus miferabilis uideret/ueq; ēt faetoribus ipſis eēt inuſus. Iſte qdē illi? plii naualis exit? fuit. Perierūt cū his q p dē i ciuitate cecidere ſex milia & qngēti.

Reſidet Vefpafianus p tribunali apud Tarichæas quidq; de ſupſtitibus fiendum ſit deliberat/tandem quofdam occidit/quofdam donat/quofdam uendit.

Cap. XXXII.



hibere obseruās/et in piliis semp graniterq; Romanos afficiē
qdē facile his/piculo aut uacū discessum afficiebat nouissim
pugna pgressa ex utraq; pte ipse tāq; despiciēs oēs existimās
tra portā remāsit/& in muro stātes alloquebat tutamen illos
dā ex castris Romāoz/ægyptius noie Rufus/& quod nemo
pēte correptū cū hoc uiso stātes in muro stupor teneret i cast-
nodū pcepit extēdi & in apto cōstitutū ut ex ciuitate cōspice
cōfudit casus adolēscētis uniuersaq; ciuitas in fletu erat/& qsi
sus animaduertit cōsiliōz/ aduersus hostes hoc principiū sum
quatenus coacti p eius salute castelli traditionē facerēt/ q sp-
mox Eleazarū suspēsurus crucē defigi iussit. Ea uero cōspecta
lando quærebant intolerabilē esse calamitatē uociferātes. T-
despicerēt/mortē miserrimā se subiturū sibiq; ipsis salutē pbi-
ribus ac fortunæ cōcederēt/illi aut & eius sermone fracti & q
& populosa ppingtate genus ducebat/& cōtra ingeniū suū r-
ser missis colloquebant castelli traditionē facere petētes ac n-
Cū aut his accēsus esset dux Romanoz/multitudo ciuitatis i
ta pactione ipsi clā nocte aufugere statuere. Cū uero portas
ad Bassum nūcius uenit/ siue inuidia salutis eoz/ siue formidi-
cissimi qdē fugientiū q præcesserāt euasere. Reliquoz/ aut ni-
liercule uero & pueri in seruitiū ducti/spōsiones aut cū his q
uandas esset ratus & ipsos dimisit/& Eleazarum reddidit.

Ad saltū q appellat iardes ducit exercitiū Lucius/militibus
euasit/Sed omnes cum iuda duce eorum cæsi sunt.

Ils aut administratis i saltū q appellat iardes duce-
gati esse nūciabant/q pridē tpe obsidionis ex Hie-
ro go cū ad locū uenisset neq; falsum fuisse nunciū r-
bus cingit/ut si quis iudæoz/ conatus fuisset euad-
Pedites aut filia iussit cadere ne inde cōfugerent. Hoc mō a
faciēdi uelut ex audaci certamine fortasse fugā ēt repirēt. Itaq;
i eos a qbus cicti fuerāt irruūt. Illi aut fortiter excipiebāt/mi-
qdē plū factū est. Nō aut similis euenit finis pugne certanti-
git occūbere neq; multos lauciari. Iudæoz/ uero ex illo plio-
tribus milibus pstrati sunt oēs/eorūq; dux iudas Ari filius/
præpositus cum Hierosolyma obsideretur/quibus demersus

Scribit Cæsar ad Liberium procuratorē ut iudæam uenē-
binas dragmas in capitolium ferrent.

Eodem uero tempore Cæsar etiam ad Liberium
omnem terram uenderet iudæoz. Nec enim cin-
patriam suam. Solis uero octingentis militibus
qui uocat Ammans/distat aut ab Hierosolymis

rent indæls induxit binas dragmas singulis annis deferre i capitolium iussit/ita ut ante hæc Hieroso-
lymog: templo pendebant/ & res qdẽm indæoz: illo tempore hunc statum habebant.

Accolat Antiochus apud Cæsare a Celsennio peto/ q̃ deficeret a Romanis / mittit Vespasianus
ut quid uideat Peto efficiat. Capic antiochus post longā pugna cū filiis suis/ducit Romam uinctus/
Audient Cæsar ligatum Antiochum iubet uincula auferri/ filii cogitāt cōciliaturos patrē Cæsari ue-
niant Romā cum patre aduecto ex Lacedæmone ibi manserunt.

Cap. XLI.



Am nero quarto anno Vespasiano administrāte imperiū cōtigit Cōmagenes regē antio-
chū in maximas clades cū tota domo icurrere ex causa huiusmodi. Celsennius Petus q̃ tūc
Syriā administrabat siue re uera seu ppter inimicitias Antiochi certā nō ualde parefactū
est litteras ad Cæsare misit. Antiochū dicēs deficere ad Romanis cū Epiphane filio de-
creuisse pactis habitis cum rege Parthoz: pptereaq; debere illos antecapere/ ne si priores nouas res
adorti essent/ totū Romanoz: imperiū bello pturbarent. Nō erat aut Cæsar huiusmodi nunciū ad se
platū neglecturus/ nā uicinias regū maiore negociū puidētia dignū esse faciebat. Samosata. n. Cō-
magene maxia ciuitas iuxta Esphraten sita est ut esset Parthis eo nāq; id cogitare facillimus trāsi-
tus/ tutū aut receptaculū/ fide igit̃ habita & ptāre sibi pmissa ut ageret q̃ expedire uideret/ negligē-
dū nō putauit. Subito tñ antiocho eiusq; sociis nihil optinātibus in Cōmagenā igressus est ex legioni-
bus qdẽ sextā ducēs/ & insup quosdā cuneos alasq; egit. Habebat aut auxilio reges terrā qdẽ q̃ Cal-
cidicha uocat̃ Aristobulū Emesē aut Soemū. Introitus aut illis sine certamine/ q̃ nemo indigenaz: ma-
nus ualebat opponere. Antinchus. n. isperato pculsus nūcio bellū qdẽ cōtra Romanos ne cogitatioe
cōcepit. Decreuit aut toto regno in eo quo erat tractū relicto cū cōiuge ac liberis egredi. Hoc se ro-
manis purū ab ea suspitione q̃ sibi ingereat̃ pbaturū eē ratus. Progressusq; de ciuitate. cxxx. ppe mo-
dū stadiis in cāpo tabernaculū ponit. Petus aut in Samosata q̃ ea capefferet mittit/ & p eos ciuitatem
tenebat. Ipse uero cū alio milite in Antiochū ire tēdebat. Nō tñ rex uel ipsa necessitate adductus est
aduersum Romanos aliqd belli cōgerere. Sed fortunā q̃stus q̃dus pati sustinebat. Adolēscētibus aut
belliq; pitis usq; corpis pstantibus filiis eius non erat facile in calamitate sine pugna durare. Itaq; ad
uirtutē se cōferūt Epiphanes & Callinicus. Vehemēti aut pugna p totā diē habita insigni fortitudine
demonstrati sunt/ nullaq; pre suaz: uiriū diminuta discedūt. Antiocho uero neq; pugna hoc mō pera-
cta manere domi tolerabile uidebat̃. sed subducta cōiuge cū filiabus in Ciliciā fugit / atq; hoc facto
militū suoz: aios fregit. Nā ueluti desperato ab eo regno defecere. & ad romanos se trāstulere oīumq;
erat desperatio. Ergo priusq; penitus destituerent auxiliis Epiphani cū cæteris seruare se ex hostibus
erat necessariū. Finiūtq; oēs eqtes decē q̃ cū his una trāsgressi sunt flumē Euphraten/ hinc iā sine mor-
tu pfecti cū ad Bologessen parthoz: regē uenissent/ nō quasi fugitiui despecti sunt/ sed adhuc fortu-
nā pristinā retinētes oī honore dignati sunt. Antiochū uero ubi Tarsum Ciliciā uenit misso hecaton-
tharcho Petus uinctū Romā tranſmisit. Vespasianus aut ita regē ad se deduci nō passus est dignus ef-
se ratus ueteris amicitiaz habere rationē/ quā belli occasione inexorabilē iracundiā obseruare. Itaq; in-
bet ei iter agēti auferri uincula itermissaq; interim pfectione Romā apud Lacedæmoniā degere/ ma-
gnos uero ei pecuniæ redditus s̄bet/ ut nō mō copiose sed & regie uictū haberet. His Epiphanes &
cæteri cognitis q̃ patri ante mortē uerbāt magna cura & inextricabili animos relaxarunt/ & ipsi quoq;
spem reconciliandi cū Cæsare cōcepere. Cum aut etiam Bologessas de his scripsisset ad Cæsare/ nec
n. quāuis foeliciter agerēt/ extra Romanū uinere patiebantur imperiū & cū Cæsar his mansuete fa-
cultatem dedisset/ Romā uenerūt. Patre autem ad eos ex lacedæmone statim aduecto cū omni ho-
nore haberetur ibi mansere.

Scythæ his t̄pibus cogitant Medicā terrā innadere/ colloquunt̃ cum Hyrcanoz: regē/ adhibito
aditu fines omnes populantur/ ad armeniam usq; peruenere.

Cap. XLII.



Lanorū aut natio qdẽ Scythæ sunt iuxta flumē Tanain & Meotides paludes sedes habē-
tes iā quodā loco memorauimus. His nero tēporibus inito cōsilio ut terrā medicā & ulte-
rius prædandi cā puaderent cū rege Hyrcanoz: colloquunt̃. Nāq; is est illius transitus do-
minus quē rex Alexāder ita fecerat ut portis ferreis clauderet. Adiu at̃ sibi præbito uni-
uersi nihil suspiciūbus Medis incūbunt/ eorūq; fines populosos oīgenūq; pecoz: plenos diripiebant/
cū resistere nullas auderet. Nā q̃ regnū eius terrā obtinebat Pacorus mortu pculsus in difficiliora lo-
ca refugiens cæteris qdẽ bonis oībus cesserat/ mix aut ab illis coniūgē ac cōcubinas captas datis cen-
tū talētis redemerat. Sūma ergo facultate sine pugna s̄dabūdī & usq; ad armeniā uallātes oīa pcesse-
re. Eius aut tyridates rex erat q̃ cū his obuius bello cōflīxisset/ nō multū absuit quo uisus in illa acie
caperet. Procul. n. qdā misso laqueo circūdatū tracturus fuerat nisi celeriter gladio rupisset laqueum
atq; ita fugisset/ illi at̃ pugna multo magis efferrati terrā qdẽ depopulati sūt/ magnā uero hoīum mul-
titudinem aliamq; ducentes prædam ex utroq; regno ad sua domicilia rediere.

Mortuo Basso Flavius Siluius in administratione succedit/
peresse uidens mouit militem aduersus illud/princeps castelli
tur/& sociorum eius.



Pud Iudæā nero mortuo Basso Flavius Siluius in a
rā bello subactā uidēs unū aut adhuc rebelle supēss
manu collecta aduersus id milite mouit. Nomē est
cariorū a qbus fuerat occupatū/erat uir prapōtēs E
iudæis p̄suaserat/ut ante diximus ne p̄fessionē facerēt qn̄ cen
n. se sicarios uocauere/q Romanis dicto audietes esse nollēt/
ripiēdo qdē & circūagendo eorū bona/ignē nero domibus ini
ferre dicebāt/q pugna ēt petendā iudæorū libertatē tanta igni
manis seruitiū sponddissent. Erat aut id plane causatio & cri
manifeste aut rebus effectū est. Nā idē illi & defectionis socii
suscepere. Cā uero peior illoz in eos facta est/& cū mētra pr
bant eos q neqtia suā iustis assertionibus exprobrarēt. Fuit s
oium genēz malitiā foecūdisimū/ut nullū opus intermittere
luisset haberet quo magis nouū aliqd iueniret/ita & priuati &
alius tū ipietate q iniquitate in p̄ximos certabāt. Potētes qdē n
ro ad interiū potentiū p̄perado/illis. n. erat dominādi cupidi
diripiēdi. Primo qdē Sicarii fuere iniquitatis i p̄pinquos & cr
dicto ad iniuriā. neq; facto intērato ad exitiū eoz qbus isic
loānes moderatiōres esse demōstrauit. Nō solū. n. oēs iterfici
tāq inimicissimos eiusq; modi maxime ciues tractās/sed ēt p
facturus fuerat q deū quoq; iā esset ausus ipietate contēnere. I
patriā. quæ exterminauerat castimoniā ut iā sit minime miti
uir hoibus/q dei pietatē furore contēpserat. Rursus igit Sin
roz corpore iniuria tēperauit. q eū creauere tyrannū. Quæ
tidianas cædes nō ferociōres effecit. Nāq; alienos qdē male
bant. Clarissimā uero gloriā parere crudelitātē i familiarissu
i dumxi fuere/illi. n. sceleratissimi perēptis pōtificibus ne qu
quod ex ciuitatis facie superat abscondere summāq; p oia iniu
nus q Zelotæ appellati sunt uiguit. q nomen factis neq; pba
ti sunt/nullo inxmulato/quod ante cōmissum memoriæ tra
rū æmulatione iposuisent/q eos quos læderēt p̄pter effera
lorum quæ maxima essent bona ducebant. Itaq; debitum fir
tate decreta. Cuncta. n. quæ natura hominis posset ferre sup
num congesta sunt quæ natiis perempti cruciasibus pertule
eos quam commiserat perpeffos/uerum his qui iuste ea pate
crudelitatem inciderunt non huius temporis pro merito co
partem redeam unde digressus sum.

Flavius Siluius aduersus Eleazarum uenit/castellum cing
rat/per duo loca poterant accedere homines/declarat diffi
ciā/fabricat arietem cum quo murum percutit/ignem ad n
quis eorum ex castro fugeret.



Enit aut dux Romanorū contra Eleazarū/& q c
citū ducens/& fines qdem statim oēs obtinuit/p
catis. Castellū aut muro circumdedit. ne qs obse
des p̄senerarent/ipse uero castris locū occupat c
parte castelli rupes monti p̄ximo applicabant. Cæterū diffi
meatus ex longinquo & cum labore iudæorū maxime port
nerum etiam potius aliūde in castra ducebatur/quoniam in
His aut dispositis Siluius obsidionē aggressus est/maximæ
nitionem cuius natura huiusmodi est Saxum gyro non ex
abruptis atq; altis uallibus cingitur ex inuisibili super func
malium gressibus inaccessæ/nisi q duobus modis idem sa
autem unum iter ab lacu Asphaltide ad solis ortum/& alt

catur autē unū coluber ex angustia crebrisq; flexibus capta similitudine. Quæ enim prominet rupes frangit ac sæpe in se reuertens paulatim rursum pducitur/ uixq; illo itinere gradiens promouet pedē. Nāq; mutanti uestigiū necesse est pede altero nitī. Est autē certa pnicies. Altitudo enim rupiū utringq; dehiscit ut quæ horrore quēuis terrere audacissimū possit. Per eiusmodi uiam com. xxx. stadiis ascen-
dēs quod restat uerticis est nō incantū finē coacti/ sed ut habeat in summo planiciē. In hac primus qui dem Ionathes pontifex castellū ædificauit & appellauit Masadā. Post autē Herodi magno studio fuit loci illius structio. Nā & murū per oēm eius gyrum erexit stadiorū spatio. lx. & cādido lapide factum & per. xii. altū latūq; octo cubitis/ & uigintiseptē turres quinquagenis cubitis in eo stabant ex quibus aditus membra per omnē murū intus ædificata. Rex. n. uerticē quo fecundus omniq; planticie mollis/ or esset culturæ destinauerat/ ut si quando externorū alimentorū penuria contigisset/ hanc quidē laborarent qui salutē suā castello tradidissent. Quin & regiā sibi ædificauerat ab occidentalis partis ascen-
su intra omnia quidē arcis oppositā uergentē autē ad septentrionē. Regiæ uero murus erat magnus ac firmissimus celsitudine quattuor sexagenū cubitorū/ in angulis turres habebat. Membrorū autē intus & porticū itemq; balnearū uaria erat & sumptuosa cōstructio/ columnis quidē & singularibus saxis undiq; substitutis. Parietibus autē mēbrisq; solida cōpage lapidū uariatis. Ad singula uero habitacula & sursum/ & circa regiā & ante turres multos magnosq; puteos in scopulis exciderat/ custodes aquæ tantā molitus abundantia quantā qui fontibus uterentur haberent. Fossæ uero iter ex regiā in arcem summā ducebāt/ quas foris nemo cernebat. Sed ne manifestæ quidē uix faciliē suū usum præbere hostibus poterant. Nā orientalis quidē uia natura est inaccessa/ ut supra memorauimus. Occidentālē uero magna in angustia posita turri cōclusit/ quæ nō minore mille cubitorū spacio ab arce distaret quā neq; transiri posse neq; capi facile uidebat. Inextricabilis autē quis licenter ambulantibus fuerat fabricata. Ita quidē aduersus hostiles impetus natura simul & manu castellū erat cōmunitū/ intus autē repositi apparatus magis & diuturnitatē & opulentia iuuare/ nā & frumentū multū erat conditū/ & quod in longū tempus sufficere posset/ uinūq; multū & oleū/ super autem cuiusq; leguminis fructus/ & palmæ coacernatæ. Cunctaq; repperit Eleazarus castello p doli cū sicariis occupato matura/ nihilq; recens depositis deteriora quāq; fere ex quo apparata sunt/ ad excidiū a Romanis illatū. c. annorū tēpus agebat. Quin ēt Romani fructū reliqas icorruptas offendere. Sigs autē cām diuturnitatis aurā esse existimet/ nō errauerit q; arcis altitudine ab oī terrena ac foetulentā materia sit remota/ innēta est autē oī genū quoq; armorū multitudo ab rege cōdita/ q; decē milibus uirorū sufficerēt/ ferrūq; infectū necnon æris & plūbi materia/ q; ppe ut magnis de causis factū crederes apparatus. Aiunt. n. Heroden idipsum castellū sibi ad refugiū paruissē duplex piculū in suspicantē/ unū qdē ab iudeorū populo ne se deposito illos q; antea reges fuerāt ad principatū reduceret. Alterū uero maius atq; atrocius ab regina ægypti Cleopatra. Hæc enī suā sententiā nō celabat/ sed cū antonio sæpe uerba faciebat postulās Herodē interfici/ sibi autē obsecrans regnū iudeorū donari. Et magis q; miraretur nondū eius imperio Antonii paruissē male eius amore emancipatū/ quā nō dominaturā sperasset pp eiusmodi moetus. Herodes condita Masada in extremū belli cōtra iudeos Romanis opus dimisit. Nā q; fortis iā locū omnē muro cinxerat dux romanorū/ sicut supra diximus/ ac ne q; effugeret diligentissime pcurauerat/ inciperet obsidionē uno tantū loco reperto q; aggerū iactū posset excipere. Nā post eā turrim quæ iter ab eocidentē quod ad regiā summūq; montē duceret præcludebat/ erat quædā cōtinentia saxi uastior latitudine multūq; porrecta/ celsitudine autē Masadæ trecentis cubitis inferior/ quā Leucē appellabant/ hanc igit Siluius ut ascendit ac tenuit aggerem apportare milibus iussit/ illis autē alacri aīo & magna manu operāribus solidus ad docētos cubitos erectus est tumultus. Verū neq; firma neq; sufficiens machinis ferēdis hæc mēsurā uidebat/ sed sup eū tribunal cōstrictis saxis ingentibus factū est altū itemq; latū cubitis quinquaginta. Erat autē aliarū machinarū fabrica illis assimilis. Quas primo qdē Vespasianus ad obsidiones postea uero Titus excogitauerat turrisq; quinquaginta cubitis effecta est/ tota ferro cōsepta. Vnde multis balistarum tormentorumq; iaculis Romani cito eos reppulere qui de muro pugnant/ & caput exerere prohibuere. Simul autem ingente ēt ariete fabricato Siluius crebro murū pullari iubet/ ac uix qdē tñ aliquā eius deiecit partē interruptā. Cito autē puenere sicarii muro itus altero cōstituto. Qui ne machinis quidē simile aliqd pateretur/ mollis. n. adhuc erat & impetus laxare uolentia poterat/ hoc mō constructas trabes pceritate magnas/ & quæ sectæ sunt cōtinentes cōposuere. Eæq; aut ordines erant duo similes tantumq; distantes quantum esset muri latitudo & inter eos ambos replebant aggeris spacium. Nec uero crescente cumulo terra desinere aliis transuersis trabibus quas in longitudinē posuerāt colligabāt. Erat ergo illis quidē opus ædificio simile/ sed quod cædendi inferebant machinarū ictus euanescebant lutoq; subsidente structiorē fabricam faciebāt. Vbi hoc Siluius considerauit igni magis murum captum iri putans multas quidem arduentes faces militibus intro iaculari præcepit/ murus autem quippe/ ut maxima ex parte lignis constructus ignem cito cōprehendit

comprehendit/ & usq; ad immum sui laxitate calefactus ingenti flamma colluxit huc incendio spirans aquilo Romanis erat horribilis auertens desuper flamma poene machinas quasi iam cōflagraturas desperauerant. Deinde flam mutato uia excitatus auster/multaq; ui contra obuios eas referens muro appallit iamq; n. Romani quidem cum dei uterentur auxilio ad castra laeti digrediebantur decreti/ & nocte nighias accuratiores facere ne quis eorum clam subterfugeret.

Eleazarus uidēs nō posse euadere manus Romanorū hortat ut oēs cōbasta magis q̄ seruituti subiiciant/ quibsdā placuit/ quidā uero molliores lachrymalione Eleazarus pponēs immortalitē aīe pulchrius esse pulchre mori q̄ turpit

S

Ed neq; ipse Eleazarus de fuga cogitabat/ neq; alii cuiq; pmissurus murū igne cōsumptū/ aliū uero nullū salutis modū neq; uirtutis ex mani in se liberorūq; suos & cōiuges facturi essent si uicissent ante morte cōsiliū coepit/ idq; ex præsētibus fortissimū ratus ualidioris gregatis talibus eos uerbis ad facinus inuitabat. Cū olim uobis decretū sit uir neq; cuiquā alii seruire nisi deo/ is enim solus est uerus & iustus deus hominū/ q̄ factis uestros pbare animos iubeat. Nec igit ipsi nos dehonestemus ante periculo passi. Nunc autē cū seruitute intolerabiles poenas amplexi uiuemus mi enim omniū ab his defecimus/ & nouissimi cū his bellū gerimus. Puto aut tiam datā/ ut bene ac libere possimus mori quod aliis nō euenit/ prāter spem certū est orto die futurū excidiū. Libera est aut strenua mortis cōditio cū affe id hostes possunt/ qui profecto nos optant uiuos abducere/ neq; nos illos iā p do. Nā fortasse quidē ab initio statim oportuit quādo libertatē defēdere cup sis acerbā peioraq; ab hostibus eueniebant. De dei uoluntate cōiicere & scitio damnata esset interitū/ manens. n. propitius uel saltem nobis leniter infedem hoīum perniciē neglexisset/ sacratissimā uero urbē suā igni hostiū exc soli. f. ex oī genere iudaeorū sperauimus seruata libertate supare tāq; nil in di culpae pncipes fuisset/ q̄ alios quoq; docuimus. Itaq; uidetis quēadmodū guit fortiore nobis insperatis rebus malorū necessitate illata. Nec enī quic expugnabilis pfuit ad salutē/ sed & alimētūq; copiā. Sed armorū multitudinissimū apparatū ipso manifestissime deo spē salutis auferēte pdidimus. Igēdificatū a nobis murū nō spōte reuerfus est. Sed hēc multorū ira sunt cri tra gentiles ausi sumus p qbus quāso ne Romanis inuictissimis poenas/ se iste aut illis moderatiores sunt/ mortent. n. cōiuges iniuria uacuae/ liberi se aut ipsi nobis honestā inuicē gratiā prābeamus libertate seruata optima cunias & castellū igni cōburamus. Merebunt. n. Romani certe scio si neq cōpendio caruerint. Alimēta sola relinquemus hēc. n. nobis erūt testimo uicti sumus sed ita ut ab initio statueramus mortē seruituti psumus. Ha in eundē modū pscntiū snā cōgruebāt. Sed alii qdē ei obedire pperabāt/ chrā esse mortē exultimātes. Qui uero molliores erāt cōiugū ac familiari ppius quēq; aptissimus deterrebat iteritis aliis aliū intūēs cōtrariū uolū signabāt. Quos cū uidisset Eleazarus formidare ac magnitudinē cōsiliū a ter dicta pceperūt effeminarēt flētes ipsi ac deplorātes. Ergo exhortatio multorū repletus spiritu clariorē de immortalitate animae orationē incipi lachrymantes attētius spectans plurimum inquit opinione deceptus su pro libertate certantes mori bene malle quam uiuere. Vos autem nec co quam neq; audacia neq; uirtute prastatis qui etiam magna mala effugit teret nos super hoc neq; cūctari neq; expectare monitorē. Olim enī & a trix orationis & sacrae maiorumq; nostrorum factis & animis confirma uere hominis est/ non mori calamitas. Nam mors quidem libertatem ar rumq; locum eas dimittit ab omni clade futuras intactas. Donec autem unaq; malis eius implentur/ quod uerisimile dicitur mortuae sunt. Diu iturpis est/ multum quidem potest anima iuncta cum corpore/ instrume id mouens & ultra mortalem naturam gestis producens. Verumtamen detrahitur/ quodq; ab ea pendet absoluta proprium locum receperit/ t participat fortitudinem/ & humanis oculis/ ut ipse deus inuisibilis mar re conspiciet/ nam & accedit occulte/ neq; rursus cum recedit uidetur u

corrupta natura/corpori aut causam præbens mutatiōis/nā quod anima attigerit hoc uiuit atq; uiuet unde uero digressa fuerit hoc marcidū moritur tantū immortalitatis ei superabit. Huius oratiōis atq; gumentū uobis sit somnus/in quo collectæ animæ nunq̃ eas detrahente corpore iocundissimā quietē agunt. Cū deo uero pro cognatione degentes ubiq; adsunt/ac multa futura prædicūt. Cur igitur mortem timere cōueniat/qui somni diligimus quietē? Quemadmodū aut non sit dementissimū breuitatē uitæ sequentes libimet inuidere perpetuā. Oportebat quidē nos domestica institutione meditados alius esse exemplū promptæ uolūtatis ad mortē. Nā si ab alienigenis etiā rei fides petenda sit. Indorū uideamus sapientes/qui sapientiā profitentur/illi enim cū sint boni uiri uitæ quidē tempus quasi quoddā necessariū naturæ munus inuiti sustinent/pperant aut hoīes corporibus soluere/nullos urgēte neq; exagitante malo propter immortalis cōuersationis desiderū aliis quidem p̃dicunt se esse abituros. Nec est qui phibeat q̃q; sed omnes fortunatissimos appellātes eos ad familiares suos litteras mittūt. Ita certā uerāq; animis esse inter se consuetudinē credidere. Alii aut cū mandata perceperint/igni traditis corporibus ut immaculata puraq; aīa secernat paulatim moriunt. Facilius enim ad mortē illos amicissimi p̃sequuntur quā exterorū hoīum quisq; suos ciues in longinquā peregrinationē ituros. Et se quidē ipsos descent/illos aut beatos dicunt q; immortalitatis ordinē iā recipiant. Non ergo uos p̃debit si deterius Iudis sapiamus/p̃priaq; ignania leges patrias quæ oībus hoībus æmulādæ uiderentur inhoneste despiciamus quāq; & si cōtraria nos a principio instruxisset eruditio/quod summū bonum est hoībus uiuere/mors autē calamitas attamen t̃ps nos adhortatur eā bono animo & facile tollerare dei uoluntate/& necessario morituros. Olim quantū enim apparet cōtra omne iudeorum genus hoc decretū posuit deus ut uita careremus qui ea non eramus quēadmodū oportebat usuri. Nec ausim.n. nobismetipsis ascribere/ne ne Romāis gratificari q; nos omnes eorū bellū assumpserit. Nō.n. uiribus illoz hęc accidere/sed causa fortior interueniēs illis p̃stitit ut uincere uiderent. Quibus.n. armis Romanoz perēpti sūt q; Cæsareā incollebant iudæi? Ac nē defecturos quidē ab illis dū diē septimū celebrarent aggressa Cæsariensiu multitudo/neq; manus referentes cū cōiugibus ac liberis mactauerunt/ne uel ipsos erubuerent Romanos q; nos tantūmodo hostes q; defeceramus putabāt. Sed dicet aliq; Cæsariēsis semp cū suæ ciuitatis iudæis fuisse discordiā/tēpsq; nactus uetus odiū exuperasse. Quid ergo de Scythopolitanis dicemus? Nobiscū.n. illi p̃pter Græcos bellū gerere ausi sunt/an nō cū p̃pinq; nostris Romanos ulcisci. Multū igit his fides illoz ac beniuolētia p̃fuit/ac nō ab ipsis cū totis familiis acerbissime trucidati sunt/ac p̃ auxiliis gratias eis reddere? Nā q̃ illos a nobis pati phibere hęc passi sunt/uelut ea ipsi cōmittere uoluissent. Longū sit si uelim nūc separatim de singulis dicere. Notis.n. q; Syriæ ciuitatū nulla est q; nō iudæos apud se habitātes occiderit nobis quam Romanos plus inimicæ. Vbi ē Damasceni quom ne cām q̃dem p̃babilē cōfingere potuissent ciuitatē suā eadē nefaria replerent. xviii. milibus iudeorū cū cōiugibus ac familiis ingulatis. Eorū aut multitudinē plagis in ægypto perēptoz. lx. milium numerū audiebamus excedere/illi q̃dem fortasse in aliena terra cum nullū inuenissent hostis aduersariū ita sunt mortui. Omnibus aut qui domi cū Romanis bellū susceperēt/nihil deerat eorū quæ spem totā possent præbere uictoriæ. Arma.n. & muri & castelloz inexpugnabiles fabricæ/atq; intertiti spiritus ad pericula p̃ libertate subeunda cūctos ad defectionē redidit fortiores/sed hęc ad paucū tēps cū suffecissent/seg; sustulissent maiorū malorū exitere principū. Omnia enī capta sunt/omniaq; hostibus succubuerūt/uelut illorū nobiliores causa uictoriæ non ad eorū salutem a quibus instructa fuerant apparata sunt. Et in prælio q̃dem mortuos beatos existimari oportet/repugnantes enī & libertate nō perdita perire. Eoz uero multitudinis quia a Romanis subiugati sunt q; non misereatur quis ne nō anteq̃ illa patiat mori properet? Quorū alii torti tāq; igne quā uerberibus excruciat periere/alii ferocissime bestiis ad secundū eorū cibū seruati uiui sunt/illorū quidem miserrimi habendi sunt/q; ad hęc uiuunt qui sæpe mortē optantes nō accipiant. Vbi ē aut illa magna ciuitas. Aut ubi est quæ totius gētis iudææ metropolis fuit. Tantis q̃dem murorum septis munitissima/tot uero ante muros castellis turriumq; disiectis moenibus tuta belliq; apparatus uix capiens/tor autem uirotum pro se pugnantū multitudinē continens. Quid nobis facta est/quæ deū habere incolā credebatur/radicitus ex fundamētis erepta est/solozq; eius monumenta restant eorum a quibus excisa est/impolita reliquiis castra. Senes uero infelices ad cineres templi assident/& paucæ mulieres ad turpissimam pudoris iniuriam ab hostibus seruata. Hęc secum reputans quisquam nostrorum aspicere solem durabit? etiam si uiuere sine periculo possit. Quis inimicus adeo patriæ quis tam imbellis aut parcus animæ ut eum non poeniteat hucusque uixisse? Atque utinam omnes fuissetus mortui priusquam illam sacram ciuitatem hostium manibus uideremus excindi/priusquam templum sanctum tanta impietate funditus erui/sed quoniam spes non in strenua nos illexit/quasi forte poterimus pro ea hostes ulcisci/nunc autem euauit ac solos necessitate dereliquit. Mori bene properemus nostri metipsi misereamur/& coniugum liberorum dum nō
bis licet

bis licet a nobis ipsis misericordia capere ad mortē nāq; ipsi nati sumus/ & quos ex nobis genuimus/ eamq; fugere/ ne fortissimi quidē possunt/ iniuria uero & seruitus & uidere coniuges ad turpitudinem duci cū liberis non est malū hoībus ex naturā necessitate profectū/ sed hęc sua timiditate pferunt qui ante mori cū licuit noluerunt. Nos autē multū freti fortitudine a Romanis defecimus/ & postremo nunc illis ad salutē hortantibus nō parauimus. Cui igitur non est eorū iracūdia manifesta/ si nos uiuos subigere potuerint/ miserandi quidem adolēscētes erunt quorū uires corporis ad multos sufficient/ cruciatus/ miserandi autē proēctiores quorū ætas clades ferre non poterit/ uidebit alius coniugem abducti alius manibus reuinctus uocē filii patrē implorantis exaudier. Sed dum liberi sunt & gladios habent pulchrū ministeriū nobis præbeant expertes seruitutis hostiū/ moriantur liberi cū filiis & cōiugibus uita decedamus nobis leges præcipiant hęc nos coniuges & filii depræcantur. horum necessitatem deus misit his contraria Romani uolūt/ & ne quis nostrū ante excidiū pereat timent. Festinemus igitur eis pperata potiūdi nostri uoluptate stuporē mortis admirationēq; relinquere audaciz.

Orantem Eleazarum oēs interpellant decernūtq; sibi mortem dare/ oēs mortui sunt/ unus ultimus incensa regia/ gladio se transfigens occubuit/ clam cū quinq; pueris mulier latuit. Romani de mane per scalas muros ascendunt/ neminem uidentes admirant mulier illa ex cloacis exiens romanis rem gestam aperuit

Cap. XLVI.



Dhuc/ cū orare cupientē oēs interpellabant/ & effrenato quodā impetu pleni ad opus incitabant/ ac ueluti laruis exagitati alius aliū antecapere cupiebat/ hoc specimen esse fortitudinis/ rectiq; consiliū existimātes ne quis extremus remanere uideret/ tantus eos & cōiugū & filiorū & propriæ cædis amor inuasit. Sed nec id quod aliquis putauerit cū facinus accederet obtuli sunt/ uerū ēt seruare sententiā q̄ cū dicta perciperent habuerunt. propriū quidē earūq; effectū retinentibus cūctis/ rōni uero cedentibus q̄ iam optime filius cōsuluissent. Simul. n. ualere uxoribus cū amplexu dicebant/ ac liberos gremiis captos extremū lachrymātes osculabātur. Et simul qdē manibus alienis iusse peragētibus ualentes eas configebāt/ maiorūq; subditi hostibus passuri fuerāt cogitationē habētes p solatio necessitatis ad cædē. Deniq; nemo hac audacia minor inuētus est. Cūcti autē cōiunctissimos trāsfixere miseri/ qbus id necesse fuit qbusq; filios atq; uxores occidere. malorū oīum uidebat esse lenissimū. Igitur neq; horū iā factorū dolorē tolerātes/ & interfectos læsum existimātes si illis breuissimū ipsi ei supuineret/ cito qdē uniuersis hōis in unū cōgestis ignē iniiciūt. Sorte uero ex numero suo decē lectis oīum pcuratoribus uniuersi ēt ppter liberos ac cōiuges pstratas cōpositi/ eosq; cōplexi manibus cū cōmunicauissent pato aio se mactādos præbebāt iscelicissimū illud exhibētibus ministeriū/ isti autē itrepide cūctis occisis eandē sortis legē in sua quoq; morte statuerūt/ ut cui obtigisset nouē pemptis semet sup eos occideret. Ita oēs sibi cōfidebant/ quod neq; in audiendo neq; in sustinendo facinore præstaret alius aliū. Et ad extremū cæteri qdē se neci supposuere. Vnus uero atq; nouissimus circūspecta multitudine mortuorū/ ne qs forte in multa cæde superesset qui suæ manus egerēt/ ubi cognouit oēs perēptos/ ignē qdē imittit regiz/ uehementi uero manu toto p se trāfacto gladio iuxta suos affectus occubuit. Et illi qdē pierāt nullā credētes aiām ex numero suo Romanis subditā reliquisse/ latuit autē una mulier senior/ & alia quædā Eleazari cognata plurimū doctrina sapientiāq; mulieribus pstant. Et gnq; pueri p cuniculos/ qui aquā sub terra potui ducebāt abditi/ cū alii cædibus occupatas mentes haberēt/ q erant noningenti numero/ & sexaginta cum mulieribus simul ac pueris. Hęc autē calamitas acta est Aprilis mensis quintodecimo die. Romani autē adhuc pugnā expectantes mane desistunt & aggeribus scalarū pontibus iunctis muros aggrediebantur. Cum uero hostiū neminem uiderent/ sed undiq; uersum acerbam solitudinē ignemq; intus silentium quid factum esset conicere non poterant/ ad extremum uelut impellentes ictum arietis ululātū siqui forte prouocarent dederant. Clamorem autē sentire mulieres & ex cloacis emerisse factū romanis ut erat indicārū altera earum quemadmodum dicta uel gesta fuissent omnia narrante manifeste. Nō tamē Romani facile his uerbis adducebantur ausi magnitudinem uerisimilem non credētes. Ignem uero extinguere conabantur perq; hanc uiam sectantes cito in regiam peruenere/ conspectaq; multitudinē mortuorum non ut in hostibus ganisi sunt/ sed consiliū fortitudinem & obstinatum in tāto numero rebus ipsis contemptum mortis admirabantur.

Peracto excidio Flauius siluius cum exercitu in Cæsaream proficiscitur/ quidam ex iudeis in Alexandria cōfugerant/ hi nouas res tēbant ex quibus multi occisi sunt/ mortemq; potius pati maluerunt. etiam pueri/ quam Cæsarem dominum appellare.

Cap. XLVII.



Viusmodi autem peracto excidio in castello quidem præsidium dux reliquit/ ipse uero cum exercitu Cæsaream profectus est. Nec enim quisquam supererat in illis regionibus hostium/ sed iam tota iudea belli fuerat longinquitate subuersa/ multisque suorum etiam procul incolentibus sensum perturbationis periculum exhibuerat. Nam & circum Alexandria

cum Alexandria ægypti ciuitatē postea cōtigit multos iudæos perire. His enim qui ex factione siccariorū illuc effugere potuerunt non satis erat saluos esse/uerum & illic nouas res conabantur ut libertatem defenderent/ & Romanos quidē nihil se meliores putarēt. deū uero solum dominū dicerent. Cū autē quidam is iudæorū non ignobiles aduersarentur/illos quidem mactauere/aliis quidem instabant ad defectionē eos rogantes. Eorū autem uidentes confidentiā principes seniorum iam cohibere tutum sibi non esse arbitrabantur/sed congregatis omnibus in congregationem iudæis siccariorum temeritatem publicabant/illos omnium malorum causam esse demonstrantes/& nunc aiebant eos quod nec sic fugissent certam spem salutis habituri uiderentur/a Romanis enim cognitos statim esse perituros proprias calamitates explere. Ipsi autē qui nullius fuissent eorū delicti participes canendū esse ab eorū exitio & multitudine præcabant ut illorum causa Romanis ipsorum traditione satisfaceret. His dictis prospecta piculi magnitudine paruere/multosq; impetu siccarios aggressi corripuere/ quorum sexcenti quidem statim capti sunt. Qui uero in ægyptū ac Thebas qui in ullo tractu erant elapsi sunt non multo post comprehensi reducti sunt/quorum non est qui duritiam siue confidentia siue pertinacia uoluntatis sit dicenda non obstupescat. Omni enim genere tormentorum & uexatione corporum in eos excogitata ob hoc solummodo ut Cæsarem dominum faterentur/nemo cessit neq; dicere uelle uisus est/sed omnes ille necessitates ualidiorē sententiam conseruare tanquam brutis corporibus non amicis etiam cruciatus ignemq; susciperent/maxime uero puerorū ætas miraculo spectantiū fuit. Nec enim uel eorum quisquā commotus ut dominū Cæsare nominaret/ usq; adeo corporū infirmitatem uis audaciæ superabat.

Lupus rector Alexandria hæc omnia Cæsari indicat ad quem Cæsar scribit ut templum iudæorū destruat.

Cap. XLVIII.



Vpus tunc Alexandriam rector administrabat/& de hoc ad Cæsarem motu uelociter retulit. Ille autem inquietum iudæorum circa res nouas studium cauendum esse existimans ac ueritus ne rursus in unum congregarentur/& quosdam sibi adiungant præcepit Lupo in templū iudæos quod esset apud Thannis quæ sic appellatur ciuitatem destrueret/hæc autem in ægypto. Quæ ob hanc causam & colī cœpit/& nomen sumpsit.

Onias unus ex pontificibus quondā ex Hierosolymis fugatus Alexandriam uenit/obtinētq; ut templum possit fabricare iuxta morem patrium/hoc autem fuit prædictum per Elaiam quod in ægypto futura esset constructio templi.

Cap. XLIX.



Onias Simonis filius unus ex pontificibus ex Hierosolymis fugatus Antiocho rege Syriæ cū iudæis bellum gerēte Alexandria uenit & a Ptolemæo suscipitur humanissime propter ea quod Antiocho erat inimicus/ait se gentē iudæorū eius auxilio sociaturū si dictis suis obtemperassent. Cum autem rex ea quæ possent fieri annuisset rogauit ut in aliqua parte ægypti templum sibi ædificare permitteret/& more patrio deū colere. Ita enim & antiochū magis odiosum iudæis qui templum apud Hierosolymam uastauisset/ipsiq; beniuolētiore fore eosq; multos ad eos religionis diligentia colligendos. Paruit his Ptolemæus eiq; locum dedit centum & octuaginta stadiis a Mēphi distantem. Heliopolitanus autem ille tractus dicitur/ubi castello fabricato. Onias templum quidem dissimile ab eo quod est in Hierosolymis/turrim autem similem instruxit ingentibus saxi sexaginta cubitis erectam. Arcæ autem fabricam secundum patriam immitatus est/& donariis similiter exornauit præter candelabri confectionem/ candelabra enim non fecit/sed informatum aureum lignum tanquam iubare in luce radiante de aurea catena suspendit. Totum uero circa templū spacium structo latere circumdedit saxeas portas habente/ concessit autem rex etiam multū agri modum ac pecuniæ redditus/ut & sacerdotibus esset copia ad multa quæ dei cultus desideraret/non tamen hæc Onias sana uoluntate faciebat sed erat ei contentio cum iudæis apud Hierosolymam degentibus propter fugæ memorem iracundiā. Et hoc templo ædificato arbitrabatur ad id omnem ab Hierosolymis multitudinem reuocaturum. Fuerat autem olim prædictio quædam annis noningentis septuaginta. Elaiasq; prædixerat huius templi futuram in ægypto constructionem a quodam uiro iudæo/templum quidem ita fuerat ædificatum.

Lupus rector ad templū accedēs ablatis denariis templū claudit Paulinus eius successor/ nihil reliquit/sacerdotibus cōminatus est/fecitq; ut ne uestigiū quidem diuini cultus uideretur.

Cap. L.



Vpus autē rector Alexandria susceptis litteris imperatoris cum ad templū aduenisset nō nullis ablatis donariis templum claudit. Postmodū Lupo mortuo Paulinus quod eius potestati successit/neq; donariorū quicquam reliquit/uehemēter enim sacerdotibus cōminatus ē nisi omnia protulissent/neq; ad templū religionis causa adire uolentes admisit/sed clausis foribus ita inaccessum fecit ut ne uestigium quidem diuini cultus in eo resideret. Tempus autem fluxerat usq; clausum templum ex quo fuerat conditum anni.ccc.xxxiii.

Ionathas

Ionathas quidam ex iudeis persuasit multis ut eū sequerentur/nunciatur Catullo rectori libyæ/cōprehensus ipse cū multis alijs tribus milibus/qui pecunia diuites erant/non cōscii tamen sceleris occiduntur/Curatq; Catullus ut Ionathas omnes iudeos criminetur/etiā illos qui Romæ habitabant inter quos Iosephus erat/Vespasianus noluit ut aliud efficere/Catullus ob iniustitiā morbo gravissimo laboravit/ita ut ipse moreretur

Cap. LI.



Vdacia uero siccariorum ueluti morbus quidam ēt ea quæ circū Cyrenem oppida erāt cōtinebat. Elapsus enim ad eos Ionathes homo nequissimus/ & arte rector nō paucis imperitorum ut se attenderent persuasit/perduxitq; in solitudines cū signa umbrarū imagines se polliceretur ascendere/ & alios quidem hæc agendo atque fallendo larebat. Dignitate uero præstantes Cyrenem sūm Iudeorum apparatus eius & pfectionē pentapolitanæ Libyæ rectori Catullo pronunciant. Ille autē equitibus ac peditibus missis inermes facile cōprehendit/ & magna quædā pars manibus interiit. Nōnulli autē uiui capti ad Catullum perducī sunt. Auctor autē consilii ionathes tūc qdem potuit effugere/multū uero ac diligenter per omnes quæsitæ regiones incidit/ adductus est ad Catullum sibi quidem moram pœnæ moliebatur. Catullus autem iniquitatis præbuit occasionem/nam ipse quidem locupletissimos iudeorū falso insinuans auctores sibi huius cōsiliū fuisse dicebat. Catullus autem criminationes alacri animo suscipiebat/remq; delatam multimode incurmulabat. Tragicis etiam uerbis exaggerans/ut & ipse quoddam bellum iudeorum patrassē uideret/quodq; hoc atrocius est præter credendi facultatem etiā doctor erat calumniandi Siccarior. Deniq; cum uidisset iudeorum aliquē Alexandrū nomine/cui iamdudum insensus odiū publicauerat etiam uxore eius Beronice criminationibus implicata/hos quidem priores occidit. Deinde omnes simul pecuniarū copiis eximios tria simul milia trucidauit. Et hæc secure facere arbitrabatur/quod eorum patrimonialia redditibus Cæsaris sociabat. Ne uero uel alibi degentium quisquam iudeorum eius iniustitiā cōfuteret etiam longius mēdaciū propagauit ac ionathæ nōnullisq; alijs q compræhēsi fuerant persuadet nouarum rerum accusationem uiris inferre probatissimis iudeorum apud Alexandriam Romamq; degentium. Horum autem qui per insidias accusati sunt/unus erat iosephus q hæc scripsit. Non tamen Catullo factio/ita ut sperauerat/cessit. Nam Romā quidem ionathen ceterosq; uinctos daces finemq; arbitrabatur esse quæstionis apud se/ac per illam conflata calumniā. Vespasianus autē rem suspicatus ueritatem requirebat cognitione non iure hominibus accusationem illarū illos quidem Titi studio criminibus soluit/merito uero pœnam in ionathen statuē. Prius.n. uerberatus exustus est. Catullo autē tunc quidem ob lenitatem principum obtrixit ne qd amplius reprehensibile experiretur. Non multo autē post multiplici morbo & insanabili correptus acerbissime liberatus est non corporis tantū cruciatum sustines/sed erat ei maior aī morbus & grauior. Terroribus.n. expauescebat & crebro uidebat sibi instantes umbras eorū quos peremerat & clamitabat. Cūq; se tenere nō posset exiliebat stratis tanquā tormentis sibi & flāmis adhibitis. Hoc autē semper multum pficiente malo extisq; defluentibus ac intestinis exhaustis/ita est mortuus/nulla re alia minus diuinæ prouidētiæ factus iudicio quam q nequissimis ulciscatur.

FINIS.

¶ Hic nobis est finis historiæ/quam promissimus nos cum omni ueritate tradituros cognoscere cupientibus quēadmodum hoc bellum Romanis ita gestum est cum iudeis/ & qualiter sit quidem expositum lecturis ut dicant relinquatur. De ueritate autem confidenter dicere non pigebit q; cam solam per omnia quæ scripsi habuerim coniecturam.

Has Iosephi historias diligentius multo cæteris emendatas, Venetiis excussit formis. Gregorius de gregoriis. Anno Salutis nostræ. M.D.X. Die. xxix. Mensis octobris.

REGISTRVM

A IOSEPHI tus hic fuerunt Tanaim	H Quomodo post inquit syba opera manuum lacerdotem	P tissima. Tunc testimonio dominum populo uel	Y tenere ptatem Chaldeos dos/ quidem quia	FF Antonius atq; perpetuum obuiam pdeunt Fabricatis
B mine iacob rum/ & non cerē uxori iora cōuerse	I Cūq; fateretur terminum ricaretur leges uxor.	Q mam peruenit illic iudæis aula turbanit De terremotu	Z super nos conuenit uerb. Atheniēses	GG & uolentia ciuitate ad locupletes bus assimiles
C præparatos iecerant dei credere ribus parētibus	K necessitatem in his malis duo. Post cum deus	R mirandam tam/ non eius fuisset in honorem	AA IOSEPHI RVFFINI Hierosolymis multitudo	HH persequabantur numerosæ maxime ingenii quidem cætera
D inspexerant & non tio licet ritatis	L edos imperium/ Princeps barbaros	S Qualiter taminum ctionem suæ hominibus	BB sum in idamæ ta peruenit stitit/ qui tamen arabas	II Aggeres rati nō steterunt nem oporteret re multi quidem
E nusquisq; mis constituti rosolymicarum bec equalia	M q; quidam plis subiectas membrorum Nā duodecimi	T gnati fuere ex deliciis Quantæ sint Artabanus	CC de rebus fratris erga spatium sibi cū propinquis	KK diebantur/ ubi & supra ætatem Pompæ autem rent iudæis
F men't ad eum scientes usq; in dei semetiplos	N amicis regis diuersis De morte & bethsutam	V præsentem perditione Hos præceperat re constrictam	DD quidem tres abstinentium magis ad esse plenam	FINIS
G dominæ quidē bum non getem appellant honoris	O hierosolymoge sent/ & aliquos phonis frui rent.	X studuit erudiri pulus cōcurrebat tus sim stola Post mortem	EE sus antecedebat Quidam qui bat/ quosq; daris sed	